Notes du mont Royal

www.notesdumontroyal.com

Cette œuvre est hébergée sur « *Notes du mont Royal* » dans le cadre d'un exposé gratuit sur la littérature.

SOURCE DES IMAGES

Google Livres

ΦΛΑΒΙΟΥ ΙΩΣΗΠΟΥ
ΙΕΡΟΣΟΛΥΜΙΤΟΥ ΙΕΡΕΩΣ
ΤΑ ΕΥΡΙΣΚΟΜΕΝΑ.

FLAVII JOSEPHI
HIEROSOLYMITANI
SACERDOTIS
Opera qvæ extant omnia,

Nempe

ANTIQVITATUM JUDAICARUM LIBRI XX. Sigismundo Gelenio interprete.

DE BELLO JUDAICO LIBRI VII. interprete, Rufino Aqvilejensi.

LIBER DE VITA SUA cum interpretatione Gelenii.

ADVERSUS APIONEM LIBRI II. cum versione antiqva à Gelenio emendata, &

DE MACCABÆIS, seu de Imperio rationis LIBER cum paraphrasi Erasmi Roterodami.

ACCEDIT INDEX LOCUPLETISSIMUS.

Juxta editionem Græco-Latinam Genevensem ad manuscriptos Palatinæ bibliothecæ Codices castigatam, qvæ nunc à pluribus mendis expurgata, & præterea

PROLEGOMENIS
&
APPENDICE
auctior redditur.



David. Konius
Nunc Westph
ΛΠΕ
ex aucl: Kloth
Witius.

COLONIÆ,
Sumptibus MAURITII GEORGII WEIDMANNI.
ANNO M DC XCI.

PA

PUB

ancis,

Confa

PATR

PRINCETON UNIVERSITY LIBRARY
32101 013246341

PATRIBUS REIPUBLICÆ LIPSIENSIS VIRIS

Magnificis, Nobilisſimis, Amplisſimis,
Conſultiſſimis, Prudentiſſimis,

PATRONIS SUMMIS.

EX qvo jure civitatis Veſtræ gaudeo, qvo me octo ab hinc annis donatum memini, poſt Dei cultum nil magis curæ mihi cordiqve fuit VIRI MAGNIFICI ATQVE NOBILISSIMI, PATRONI MAXIMI, qvam

1831

qvam ut libraria mea officina bono publico prodeſſem. Qva in re neqve gravibus impenſis unqvam, neqve indefeſſis laboribus peperci. Teſtari id poterunt Euſebii Cæſarienſis volumina de præparatione & demonſtratione evangelica, Sancti Athanaſii Epiſcopi Alexandrini, Gregorii Nazianzeni, & Dionyſii Halicarnaſſenſis opera, Abarbanelis Judæi in Prophetas majores commentarius, aliiqve Scriptores, qvos cum raritate ſua ſe commendare, & ab eruditis deſiderari intelligerem, ut novis typis impreſſi publicam lucem denuo adſpicerent, curavi, qvamvis ob triſtiſſima belli tempora, & commerciorum qvæ indies in pejus ruunt decrementum inter tot miſerabiles regionum & urbium ruinas, qvibus & dulciſſimam patriam meam antiqvam Nemetum urbem Spiram oppreſſam & pœne ſepultam expertus ſum, tantorum ſumtuum periculum facere minus oportunum videretur. Nunc in eo ſum, ut Imperatoris Juliani opera a doctiſſimo Jeſuita Dionyſio Petavio qvondam Græce & Latine edita cum novis obſervationibus Viri celeberrimi Ezechielis Spanhemii, qvas Literato Orbi gratiſſimas futuras haud temere confido, e bibliopolio meo propediem emittam. Et impoſterum qvoqve, ſi Divina Gratia permittat, optimis qvibusqve libris evulgandis curas meas & facultates impen-

impendere non desistam, certa spe animatus, fore, ut Vos PATRES REIPUBLICÆ OPTIMI, PATRONI MAXIMI, qvod hactenus feciſtis, hos Civis Vestri conatus, & bonas literas juvandi ſtudium ſumma Vestra benevolentia fovere non ceſſetis. Hanc fiduciam in me excitarunt magna illa, qvæ in me ab eo tempore, qvo domicilium in Urbe Vestra fixi, contuliſtis beneficia, & ſingularis affectus, qvo Magnifici Conſules WAGNERUS, BORNIUS, STEGERUS, Nobiliſſimi Proconſules, alter BORNIUS & FALCKNERUS, Conſultiſſimus Prætor PLAZIUS, nec non CARPZOVIUS, GRÆVIUS, PINCKERUS, BAUDISIUS aliiqve Senatorii Vestri Ordinis Proceres, omnes doctrina & meritis incomparabiles & qvovis elogio majores, tenuitatem meam proſecuti ſunt. Vos, Venerandi Juſtitiæ Sacerdotes, præſidio & patrocinio Vestro rebus meis & fortunis nunqvam defuiſtis, Vos celeberrimi literarum, qvibus ad miraculum excellitis, Fautores officinam meam qvalemcunqve haud raro præſentia Vestra illuſtrem reddere, & libraria mea ſupellectile cum privatas Vestras bibliothecas, tum publicam illam locupletare dignati eſtis, qvæ paucis ab hinc annis a Vobis inſtituta, & inæſtimabili rariſſimorum librorum aliorumqve cimeliorum apparatu ſubinde aucta inter ſplendidiſſima

didisſima Urbis hujus ornamenta jure ſuo numeratur. Et hanc ipſam bibliothecam Veſtram impræſentiarum Joſephus meus ambit, qvem, ut qvalecunq; gratæmentis monumentum exiſtat, Magnificis Veſtris & Nobiliſſimis Dignitatibus humillime offerre audeo. Vix ediderat ſcripta ſua Flavius Joſephus, cum ea Romani publicæ bibliothecæ honore dignati ſunt. Concedite qvæſo Patroni Summi & novæ huic Joſephi editioni hunc honorem, ut in publica Veſtra Bibliotheca reponatur. Non timebit Joſephus armamentarium, cui Bibliotheca Veſtra incumbit, cum armis non minus qvam literis ſtrenuus fuerit. Deus autem Inclytum Veſtrum Collegium, cum ſplendidiſſimis Familiis & tota Republica ſub Umbra SERENISSIMI AC POTENTISSIMI ELECTORIS noſtri omnibus bonorum incrementis in pace florere jubeat.

Magnificarum, Nobiliſſimarum Ampliſſimarumqve Dignitatum Veſtrarum

Cultor devotiſſimus

MAURITIUS GEORGIUS WEIDMANNUS.

THOMÆ ITTIGII
S. T. L.
ad novam hanc Joſephi editionem
PROLEGOMENA.

CUm a pluribus annis multa excellentia ingenia novam Operum Flavii Joſephi editionem parturiverint, neſcio qvo fato factum ſit, ut fœtum animo conceptum & ſæpe jam partui maturum eniti non potuerint. Omnibus enim, qvi utiliſſimo huic labori manum admoverunt, vel morte, anteqvam abſolverent, præventis, vel ob alias cauſas a cœpto revocatis, literatus orbis diuturna exſpectatione ſuſpenſus, & novi Joſephi deſiderio pæne contabeſcens ſpes tandem ſuas & vota per integrum ſeculum deluſa ſenſit. Annus agebatur ſuperioris ſeculi octavus & octogeſimus, cum BONAVENTURA CORNELIUS BERTRAMUS lucubrationes ſuas Franckthalenſes a loco, ubi Geneva relicta tum agebat, ſic appellatas ederet, in qvibus profitebatur, (1.) ſe jam pridem in omnes Joſephi libros notas meditatum, & aliqvando, ſi Deus permitteret, editurum eſſe. Verum doctiſſimo hoc Viro poſt Sexennium Lauſani, qvo a Bernatum republica evocatus fuerat, mortuo, ſimul etiam promiſſæ in Joſephum notæ expirarunt. Hanc jacturam JOSEPHUS JUSTUS SCALIGER abunde reſarturus videbatur. Vix enim admirandum illud opus, qvod theſaurum temporum inſcripſit, in lucem publicam emiſerat,

Multorum curæ in Joſephū fruſtra hactenus promiſſæ & expectatæ.

Bertrami.

Scaligeri.

(1.) Cap. 3. p. 59.

cum pleriqve eruditorum, Casaubono teste, (2.) non dubitarent, qvin Scriptorem sibi cognominem, a pluribus, qvibus hactenus obscuratus fuerat, mendis expurgaturus, doctisqve suis animadversionibus illustraturus esset. Qvos opinio sua minime fefellit, siqvidem Phœnix ille Criticorum, cum jampridem infinita, qvæ a nemine intelligi possent, loca in vulgata Josephi editione animadvertisset, & subinde nonnullis eruendis & restituendis ingenii sui vires impendisset, de hoc etiam nobilissimo Scriptore, Josepho inqvam, dummodo Amicorum ope varias manuscriptorum Codicum Lectiones nanciscipossetse bene meriturum Carolo Labbeo per literas Nonis Februarii A. C. cIↃ IↃC VII. (3.) scriptas indicabat, & morti jam vicinus (4.) ad exeqvendum hoc propositum ætati suæ triennii spatium a supremo rerum humanarum Arbitro superaddi exoptabat. Et profecto non parum lucis & ornamenti Josephi scriptis conciliari potuisset, si illustri Scaligero, qvod animo gestiebat, perficere licuisset. Qvod obscurum nemini esse potest, qvi ejus notas ad fragmenta selecta veterum Græcorum apud Josephum & Eusebium servata, & ejusdem animadversiones ad Eusebii Chronicon legerit. Verum istam Josephi editionem immatura Viri Divini mors rei literariæ invidit, ut Casaubonus alicubi (5.) qveritur, qvem una cum Carolo Labbeo vetustissima Regiæ, qvæ Parisiis est, Bibliothecæ exemplaria ad vulgatam Josephi editionem conferre non piguerat, ut, qvi Scaligero Josephi a librariorum corruptelis vindicandi consilium dederat, pulcherrimos illos conatus etiam qvalicunqve auxilio juvaret. Post Scaligeri mortem parum aberat, qvin ISAACUS CASAUBONUS modo nominatus & nunqvam sine veneratione nominandus palmam in medio relictam occuparet, a qvo sane non pœnitendam Josephi editionem sperare poterant Musarum sacris operantes, cum incomparabilem ejus doctrinam jamdudum in plurimis aliis, qvos ediderat, Scriptoribus Græcis pariter & Latinis ad miraculum usqve probatam

Casauboni.

(2.) Epistol. 496. edit. Græv. (3.) libr. 4. ep. 353. (4.) Conf. Patin. epist. 67. p. 186. edit. Paris.
(5.) Exercit. I. ad Baron. c. 34. n. 99.

tam cognoviſſent. Verum cum neqve ætas, qvæ jam provectior erat, tantæ molis oneri ferendo ſatis valida, neqve loci, ubi extrema vitæ tempora ducebat, conditio peragendo huic negotio ſatis commoda videretur, ut ipſe (6.) in epiſtola proximo ante mortem ſuam anno Londini ſcripta judicavit, nihil de Joſepho certa fide promittere ausus eſt. Neqve tamen defuerunt alii, qvi Joſephum edendum & illuſtrandum in ſe ſuſciperent. PETRUS enim CUNÆUS in literis ad Franconem Duyckium, ſeu præfatione libri 3. de Republica Hebræorum commentarios in univerſa Flavii Joſephi Opera polliceri minime dubitavit. Qvem cunctantem & moras excuſantem eloqventiſſimus Buchnerus [7.] & alii Familiares ſerio urgebant, ut ſpem de Joſepho factam qvamprimum expleret, morasqve omnes rumperet, & qvicqvid vinculorum pulcherrimis iſtis commentationibus necteretur, prorſus abſcinderet, ne dilata abſolutiſſimi illius operis editione docti multas magnasqve res diutius ignorare cogerentur. Verum ante vivis exceſſit Cunæus, qvam fidem liberaret. Idem SAMUELI PETITO accidit Nemauſenſis eccleſiæ Miniſtro & Theologiæ Profeſſori, Viro neqvaqvam Exiguo, ſed, ut Reineſii judicium noſtrum faciamus, inter Gallorum literatorum maximos numerando, [8.] qvem in nova Joſephi interpretatione, notisqve ad eundem Scriptorem edendis occupatum cum fama paſſim ſpargeret, non mediocriter eo nomine gaudebant, qvotqvot Joſephi ſcriptis bene cupiebant. Nec deerant, qvi laudabile hoc inſtitutum collatis ſuis operis egregie juvarent, in qvorum numero Nicolaus Fabricius Peireſcius, qvi per Lucam Holſtenium variorum locorum collationem cum tribus Codicibus Vaticanis manuſcriptis Petito impetravit [9.] Hugo autem Grotius, qvi hactenus de ea Joſephi parte, qvæ legis præcepta continet, & interpretanda & notis ſuis illuſtranda cogitaverat, cum totius Joſephi editionem a Petito parari intelligeret, ſe qvicqvid poſſet ad eam prompte

Cunæi. Petiti.

(6.) Epiſt. 717. (7.) Part. 1. epiſtol. 176. (8.) Libr. 1. Var. Lect. c. 25. (9.) Conf. Gaſſend. in vit. Peireſc. p. 195.

collaturum datis ad Peireſcium literis ſpopondit. [10.] Qvibus promiſſis an Grotius ſteterit, ignoro. Id tantum ſcio, qvod dum Petiti in Joſephum lucubrationes, qvæ, ut ex Riveti ad Voſſium epiſtola [11.] liqvet, maximo cum ſumtu & labore collectæ ferebantur, multi hiarent, imperfectas nec ad umbilicum perductas moriens reliqverit, & neqve Samuel Sorberius, ad qvem cognationis jure id negotii ſpectare videbatur (erat enim Petiti e ſorore nepos) neqve alius qvisqvam poſthumum illum Petiti fœtum in lucem hactenus produxerit, & omnis de Petiti Joſepho ſpes decollaverit. Poſt Petitum in Joſepho occupatus fuit EMERICUS BIGOTIUS, cui ne idem eveniret, qvod Petito acciderat, Patinus exoptabat. [12.] Nec dubito qvin etiam apud alios & egregia de Bigotio exiſtimatio, & amor boni publici ejusmodi vota expreſſerit. Verum Bigotius telam, quam exorſus fuerat, aliis pertexendam poſtea relinqvere maluit. Dicendum hic etiam foret de JOHANNE HENRICO BOECLERO, inſigni qvondam Argentoratenſis Academiæ ornamento, & Præceptore meo æternum venerando, ſi Godofredi, Spanhemii, Forſtneri, aliorumqve amicorum monitis, qvibus ad Joſephum Autorem ſibi perqvam familiarem illuſtrandum ſolicitabatur, locum aliqvem concedere voluiſſet [13.] ſed multis aliis negotiis diſtractus de toto Joſepho edendo deſperavit, & tantum priora ἰουδαϊκῆς ἀρχαιολογίας capita peculiari diſſertatione illuſtravit. Progredior ergo ad CHRISTIANUM NOLDIUM, qvi in præfatione hiſtoriæ ſuæ Idumææ non ſolum aliorum, qvi de Joſepho emendando cogitarunt, & in his GERHARDI JOHANNIS VOSSII qvoqve meminit, & præterea poſt Scaligeri, Voſſii & Petiti mortem JOHANNEM COCCEJUM & CHRISTIANUM SCHOTANUM in hunc laborem ſucceſſuros ſperare jubet, ſed ſibimet etiam ipſi ad arduum hoc opus aggrediendum animos non deeſſe ſignificat. At Noldium & ſpes de Coccejo & Schotano fefellit, niſi Schotani bibliothecam hiſtoriæ ſacræ Veteris Teſtamenti ob nonnul-

Bigotii.
Boecleri.
Noldii.
Voſſii.
Cocceji.
Schotani.

la

(10.) Epiſtol. 1564. (11.) Epiſtol. 362. (12.) Epiſt. 67. (13.) Conf. Wagenſeil. epiſtol. ad Arnold.

la Josephi loca illustrata referre huc velimus, & ipse qvoq; orbi Literato ereptus est, anteqvam, quod pridem animo molitus fuerat, effectum dare posset. Omnes autem, quorum insigne de Josepho bene merendi studium hactenus laudavimus, apparatus copia superavit JOHANNES ANDREAS BOSIUS Lipsiensis, Historices in inclyta Jenensi Academia Professor celeberrimus, cui tam felici esse licuit, ut Augustissimo Imperatore Leopoldo clementissime indulgente ex bibliotheca Vindobonensi insignes qvosdam Josephi codices MSS. emendandis Josephi operibus haud parum profuturos impetraret. Qua de re peculiaris Petri Lambecii ad Serenissimum Augustum, Brunsvicensium & Luneburgensium Principem, qvi publici boni causa apud Imperatorem pro Bosio interceserat, epistola Vindobonæ A.C. cIↃ IↃc LXVI. excusa legitur, in qva Codices illi manuscripti ad Principem Augustum indeqve ad Bosium transmissi breviter delineantur. Erant autem codices illi numero septem, & in his qvatuor Græci, tres reliqui Latini. Primus, ut a Græcis ordiamur, continebat Judaicarum antiquitatum libros 20. abbreviatos & passim interpolatos, & a principio mutilos, qvem codicem Augerius Busbeckius Ferdinandi I. ad Solimanum Turcarum Tyrannum Legatus Constantinopoli sibi comparaverat. Secundus qvem itidem Busbeckius Constantinopoli nactus fuerat, exhibebat historiam belli Judaici a verbis: τρεπόμενοι δ' ἅπαντας διώκει, quæ libro 1. cap. 13. leguntur usq; ad verba: τῷ Καίσαρι θαυμασιώτερον ὅτε τοῖς quæ libri 7. cap. 7. extant. Tertius codex complectebatur antiqvitatum Judaicarum libros 10. priores, & præmissos singulis libris capitum indices, etsi in ipso contextu nullum divisionis librorum in capita indicium compareret, ex qvo divisionis hujus in capita autorem non esse Flavium Josephum, sed singulos libros continenti scriptura primum cohæsisse Lambecius colligebat, qvi primi libri indicem ab his verbis incipere docet: Bosii.

Τάδε ἔνεστιν ἐν τῇ πρώτῃ τῶν Ἰωσήπου ἱστοριῶν, τῆς ἰουδαϊκῆς ἀρχαιολογίας.

Προοίμιον περὶ τῆς ὅλης πραγματείας.
α' ἡ δ κόσμου σύστασις, καὶ ἡ διάταξις τῶν στοιχείων.
β' περὶ δ γένους Ἀδάμ &c.

Pertinuit olim hic codex ad monasterium qvoddam urbis Constantinopolitanæ, qvod dicitur S. Georgii in Manganis, seu loco, ubi μάγγανα h.e. machinæ bellicæ cum materiis mechanicis variisqve instrumentis ad urbium oppugnationes idoneis asservari solebant [14.] Deinde venit in manus Dionysii cujusdam Zazynthii, cujus Pater eum Constantinopoli sibi acqvisiverat. Postea eum emtionis jure sibi vendiçavit Johannes Sambucus Maximiliani II. & Rudolphi II. Consiliarius, a qvo ad Sebastianum Tencknagelium augustissimæ bibliothecæ qvondam Præfectum transiit, post cujus obitum tandem in Cæsaream bibliothecam translatus fuit. Qvartus Codex comprehendebat Josephi de Maccabæis librum sub hoc titulo: Μαρτύριον τῶν ἁγίων μακκαβαίων ἐκ τῆς ἰωσήπου ἱστορίας. Eadem de Græcis istis Josephi Codicibus Lambecius (15.) in suis de bibliotheca Vindobonensi commentariis iteravit. Qvintus Codex, ut ad Latinos progrediamur, continebat Antiqvitatum Judaicarum libros 20. & libros 7. de Bello Judaico ex versione antiqva, qvæ Rufino Aqvilejensis ecclesiæ Presbytero vulgo tribuitur. Sextus exhibebat librum de Maccabæis ex versione antiqva hominis cujusdam Christiani, qvi eam passim interpolavit. Titulus est hujusmodi: Passio S. Machabæorum secundum Flavium Josephum. Ipse autem tractatus sic incipit: Principium meum Philosophico qvidem Sermone, sed Christiano explicabitur sensu. Necesse est enim &c. De Autore versionis nondum sibi liqvere ait Lambecius, etsi certo constet, qvod perantiqva sit, & ad indagandam Græci textus sinceritatem plurimum juvare possit. Septimus deniqve Codex epitomen antiqvitatum Judaicarum Flavii Josephi com-

(14.) Conf. Cang. Constantinop. Christ. libr. 2. p. 155. & libr. 4. p. 124.
(15.) Tom. VIII. p. 2. 4. 43. & 101.

complectebatur sub hoc titulo: Incipit liber antiqvitatis Flavii Josephi Historiographi. Ipsa epitome hujusmodi habet initium: In principio creavit Deus cœlum & terram, sed dum terra in adspectum non veniret, & profunditate tenebrarum celaretur, & spiritus Dei desuper ferebatur, Deus fieri lumen jussit, qvo facto &c. Usus vero præterea est Bosius duobus Codicibus manuscriptis bibliothecæ nostræ Academicæ Paulinæ uno Græco & altero Latino, nec non membranis perantiqvis & emendatissimis Gymnasii Portensis, & manuscripto Schleusingensi, cujus usum illustri Seckendorffio Heroi de re literaria plurimisqve literatis immortaliter merito acceptum retulit. Accesserunt Variæ Lectiones ab Emerico Bigotio ex Regio Parisiensi Codice & duobus Florentinis excerptæ, qvas Vossii, Heinsii, Gronovii & Grævii maximorum Belgii Luminum ope feliciter impetravit, item variæ Lectiones ex duobus manuscriptis bibliothecæ Noribergensis, qvas Vir venerandæ memoriæ Christophorus Arnoldus ipsi procuravit. Qvid igitur de Josepho sperari non poterat, cum ad hæc aliaqve subsidia ingenium suum & immensam eruditionem & indefessas vigilias afferret clarissimus ille Polyhistor? Verum vitæ summa brevis spes, qvas inchoaverat, longas intervertit, & Josepho ad vitam revocando dum incubuit Vir doctissimus, vitam ipse perdidit. Qvo mortuo STEPHANUS LE MOYNE seu MONACHIUS supererat, leMoyne qvi edendi Josephi curam in se susciperet. Pridem id Vir clarissimus jam animo suo agitaverat, Bosioqve per literas significaverat (16.) Incitabant etsi currentem Samuel Bochartus & alii, optimeqve de eventu passim ominabantur eruditi. Audiamus nobilissimum Wagenseilium, qvi in præfatione ad ignea Satanæ tela (17.) cum in causam inqvisivisset, cur Josephus eximius & utilissimus scriptor tam-

(16.) Conf. Bos. in exercit. ad perioch. Joseph. c. 2. thes. 10. (17.) p. 69.

tamdiu desertus jacuerit, nec commentatorem invenerit, etsi publica vota id sæpe flagitarent, & interim alii minoris momenti libri annotationibus, observationibus, castigationibus & commentariis onerarentur, ejus rei hanc causam esse dicit, qvod qvi in Josepho exponendo periculum fecerunt, ad ejus scripta explicanda animum Græcorum Latinorumqve Scriptorum lectione subactum non sufficere, sed alia insuper præsidia & imprimis non mediocrem Talmudicarum Pandectarum cognitionem afferri oportere deprehenderint, qvalia præsidia cum Petito non defuerint, ejus in Josephum commentarios, si extarent, se in precio habiturum asserit, & tandem ista subjicit: Nunc spes & exspectationes nostræ in Stephanum le Moyne conversæ sunt, qvem nihil doctrinæ profundioris latet, qviqve iis adminiculis, qvibus ad Josephum emaculandum, illustrandumqve opus est, abundat, proindeqve huic operi pridem feliciter manum admovit. Qvanta autem fuerit in Monachio Josephi edendi cupiditas, ipse in Prolegomenis suis ad varia sacra satis indicat, ubi refert, qvod, cum ex Rotomagensi ecclesia ad Lugdunensem Academiam vocatus fuisset, plenus Josepho in Belgium venerit, & successus non pœnitendos speraverit, nec infaustis ominibus operis ab aliis toties frustra tentati deterritus fuerit, Meliora ipsi augurabantur explorati lacerti, & humeri pondus ferre non recusantes, & codicum Florentinorum, Parisiensium, Londinensium, Oxoniensium & virorum doctorum variis lectionibus & emendationibus munitæ instructæqve vires onerigravissimo non impares videbantur. Recurrebat, ut ipse loqvitur, singulis diebus Josephi memoria, magna semper oculis obversabatur imago, vota, consilia, promissa identidem officium repræsentabant, animus impatiens labo-

res

res peroptabat, & ad carceres ſtans illosqve mordens mapparium ac mappam anhelabat, & admitti, pergere, ſtadium licet longum & difficile decurrere & ſuperare geſtiebat. Verum, dum ſic totus in Ioſephum intentus eſſet, rumor de Ioſepho in Anglia edendo aures ejus perculit, qvem etſi ut falſum contemneret, cum paulo ante in Anglia verſatus nihil plane de Ioſepho typis imprimendo inaudiviſſet, poſtea tamen & freqventibus amicorum literis, & ipſo ſpecimine Anglicanæ editionis oculis oblato certior ea de re factus, amores ſuos, qvos tanto ardore deperibat, e medio ſinu raptos, ut ingenue fatetur, haud levius doluit, qvam ſi coſtam a latere avulſam ſentiret. Qvid faceret? Non invidendum videbatur Ioſepho, qvod e theatro Scheldoniano cum magno ſplendoris augmento emittendus eſſet. Animum igitur ad alia abduxit, Joſepho tantiſper ſepoſito, donec poſt Anglicanam editionem, ſi non uberrimæ meſſi, ſaltem non ignobili ſpicilegio locus relinqveretur. Qvod ſi Monachio adhuc vita ſupereſſet, non dubium eſt, qvin ad priſtina de Joſepho edendo conſilia rediturus eſſet, ſiqvidem Anglicanæ editionis fama, qva perturbatus Joſephi curam abjecit, in nihilum abiit. Nondum mihi prima illius Anglicanæ editionis a Viro celeberrimi nominis EDUARDO BERNARDO procuratæ folia videre contigit. Qvantum vero ex Amicis cognoſcere licuit, id imprimis ejus inſtitutum fuit, ut ex multis manuſcriptis codicibus varias lectiones textus Græci, & antiqvæ verſionis colligeret, & nonnunqvam animadverſiones ſatis prolixas adderet, in qvibus ex manuſcriptis Arabicis non pauca expoſuit. Verum, uti jam dictum, hanc etiam Ioſephi editionem neſcio qvæ impedimenta remorantur, & Anglorum literæ de ea plane deſperare jubent, qvamvis & Petiti manu exarata ad Joſephum commentaria, & qvæ Boſius ad Joſephum collegerat, aliaqve qvæ ad exornandam hanc Bernardi.

editionem facere poſſent, magno pretio undiqve conqviſita & redemta fuerint.

Joſephi τὰ σωζόμενα.

Optandum utiqve, ut ex tot Eruditi Orbis Atlantibus vel uni Joſephum emendatiorem, qvam hactenus prodiit, & illuſtriorem edere licuiſſet. Neqve tamen diutius ferendum, ut Bibliopolarum officinæ Joſephi ſcriptis plane careant, ne ſingulare Divinæ Providentiæ beneficium negligere videamur, qvæ Joſephi opera ad noſtram usqve ætatem ſervari voluit, abs qvibus multa cognitu haud indigna ſcientiam noſtram fugerent, & imprimis res proximis ante Chriſti adventum annis in eccleſia geſtæ denſiſſimis ignorantiæ tenebris ſepultæ jacerent. Sunt autem iſta Joſephi ſcripta, qvæ in eruditorum manibus verſantur, libri 7. de Bello Judaico, Antiqvitatum Judaicarum libri 20. cum appendice de vita ſua, libri duo contra Apionem, & Panegyricus in Maccabæos. Et hiſtoriam qvidem Belli Judaici, qvod & ipſe miſerabile vidit, & cujus pars magna fuit, Hebraice primum ſcripſit, qvæ editio temporum injuria intercidit. Poſtea eandem Græco ſermone complexus eſt. Tanta autem operis hujus fiducia ipſi fuit, ut illud Imperatoribus Veſpaſiano & Tito, qvorum auſpiciis bellum illud conſummatum fuit, offerre non dubitaverit. Nec ingratum Imperatoribus munus illud fuit. Certè Titus Imperator, ut ipſe Joſephus (18.) teſtatur, ὅπως ἐκ μόνων αὐτῶν ἐβελήθη τὴν γνῶσιν τοῖς ἀνθρώποις παραδοῦναι τῶν πραγμάτων, ὥστε χαράξας τῇ ἑαυτοῦ χειρὶ τὰ βιβλία δημοσιεῦσαι προσέταξεν, qvæ verba Nicephorus in hiſtoria ſua eccleſiaſtica [19.] ita reddit, ut Titum libros iſtos de bello Judaico ſua ipſius manu deſcripſiſſe dicat, idqve Johanni Lango (20.) non improbabile videtur, cum Titus, Svetonio teſte (21.) ſcribendi velocitate vel amanuenſes ſuos ſuperaverit, etſi alias Rufinus in verſione Euſebii hunc Joſephi locum allegantis, & alii verba illa ſic interpretati fuerint, qvaſi Imperator libros illos tantum ſubſcriptione ſua dignatus fuerit, qvam ſententiam Henricus Valeſius [22] in

Hiſtoria Belli Judaici.

(18.) de vita ſua p. 1026. (19.) libr. 2. c. 18. & libr. 3. c. 11. (20.) in not. ad Nicephor. Tom. I. edit. Græco-Lat. p. 247. (21.) in Tito c. 3. (22.) ad Euſeb. libr. 3. hiſt. eccleſ. c. 10.

in ſuis ad Euſebium notis priori poſtponendam cenſet. Utramvis eligamus, æſtimare licet, qvanti illam Joſephi lucubrationem Titus habuerit, qvam propria manu vel deſcriptam vel ſubſcriptam δημοσιεύεσθαι h.e. ut Rufinus in Euſebio ſuo interpretatur, publice legi voluit. Accedit honorificum Regis Agrippæ teſtimonium, qvi datis ad Joſephum literis eum πολὺ φιλοτιμότερον τῶν τοῦτα συγγεγραφότων ἡγεῖσθαι judicavit (23.) Qvin etiam hos libros bibliothecæ publicæ traditos, & Autorem ob ingenii gloriam Romæ ſtatua donatum Hieronymus memoriæ prodidit, (24.) Euſebium, ut alias in catalogo ſcriptorum eccleſiaſticorum ſolet, hic etiam ſecutus, etſi Euſebius (25.) non ſolum ſeptem illos libros de hiſtoria belli Judaici, ſed generatim τὰς συγγραφὰς αὐτοῦ λόγους publico illo honore mactatos aſſerat. Neqve hic omittendum graviſſimum Iſidori Peluſiotæ judicium, qvi in epiſtola ad Adamantium (26.) hanc Joſephi περὶ ἁλώσεως ἱστορίαν θρήνου appellat, & obſervatu dignum cenſet, qvod homo Hebræus & patriæ ſuæ religionis ſervantiſſimus tragicum gentis Judaicæ excidium literis conſignaverit, ne qvis horrendis illis & omne exemplum ſuperantibus calamitatibus fidem derogaret. Poſt hiſtoriam belli Judaici Joſephus ἀρχαιολογίας i. e. antiqvitatum, ſeu, ut alii loqvi amant, originum Judaicarum libros 20. Romæ compoſuit, Dionyſium forte Halicarnaſſenſem æmulatus, qvi ibidem totidem libros ἀρχαιολογίας Ῥωμαϊκῆς ſeu Antiqvitatum Romanarum Græco ſermone conſcriptos ediderat. In hac archæologia Joſephus Judaicæ gentis hiſtoriam ita perſeqvitur, ut ab ipſa mundi creatione exorſus ad duodecimum usqve Neronis annum progrediatur. Qvo tempore hoc opus elucubraverit, ipſe indicat, cum in fine libri ultimi ſe anno Domitiani decimo tertio, & ætatis ſuæ qvinqvageſimo ſexto ultimam his libris manum impoſuiſſe ſcribit. Memoria autem lapſus videtur Sixtus Senenſis, cum in bibliotheca ſua ſancta (27.)

Antiqvitatum libri.

(23.) Joſeph. de vit. p. 1027. (24.) Catalog. Script. eccl. c. 13. (25.) Lib. 3. hiſtor. eccl. c. 9. (26.) lib. 4. ep. 75. (27.) libr. 4. p. 273.

hos Antiqvitatum libros Hebraica primum lingva a Josepho scriptos asserit, qvod de libris περὶ αλώσεως seu de historia belli Judaici, ut ex præfatione ad illos libros colligi potest, non item de archæologia verum est. Eqvidem Vir qvidam doctissimus in notulis, qvas ad græco-latinam Josephi editionem manu sua adscripsit, cum hunc Sixti Senensis errorem notasset, statim seipsum corrigit: imò, ait, ut nunc qvidem existimo, Josephus etiam libros antiqvitatum Hebraice primum exarasse videtur. Id enim manifeste evincit locus lib. 7. c. 11. p. 249. ubi sortitio familiarum Sacerdotalium in hodiernum usqve diem durare legitur, qvod certe de illo tempore necessario intelligendum est, cum Josephus templo nondum everso adhuc Hierosolymis ageret. Græcam enim editionem, posteaqvam Romam migrasset, demũ meditatus est. Verum cum Josephus Hebraicæ illius editionis nusqvam meminerit, & tum demum se de antiqvitatibus Judaicis scribendis cogitasse dicat, cum jam historiam belli Judaici contexeret, qvod everso templo factum est, credivix potest, Josephum Hierosolymis & templo adhuc stante Antiqvitates suas Judaicas Hebraice scripsisse, neqve locus de sortitione familiarum Sacerdotalium id evincit. Si enim in Hebraica, qvæ fingitur, Antiqvitatum editione Josephus scripsit, sortitionem illam in hodiernum usqve diem durare, idqve necessario de tempore, qvod conflagrationem templi antecessit, intelligendum est, cur Josephus in Græca editione, qvam templo pridem in cineres redacto elaboratam, & anno Domitiani decimo tertio, qvi post templi conflagrationem tertius & vigesimus fuit, absolutam fuisse constat, verba ista non mutavit? Atqvi in ea expresse dicit, divi-

sionem

sionem 24. familiarum Sacerdotalium per singulas hebdomadas in liturgiæ officio sibi succedentium ἄχρι τῆς σήμερον ἡμέρας durasse. Nimirum per hodiernum diem non præcise tempus, qvo ista literis tradebat, sed seculum, qvo vivebat, & integrum ætatis suæ curriculum intellexit, vel forte μεταφορὰν illum familiarum Sacerdotalium etiam templo jam everso eatenus adhuc durasse scribit, qvatenus illarum Familiarum numerus & ordo in recenti omnium memoria viguit, & in Sacerdotum reliqviis nomina ista manserunt, etsi eorum functiones, qvarum gratia divisio illa per sortem facta fuerat, jam cessassent. Ex his autem, qvæ de Josephi Archæologia dicta sunt, etiam de tempore, qvo historiam vitæ suæ in literas retulit, judicari potest. Est enim ea narratio appendix & epilogus Antiqvitatum, ut ipse Josephus ad calcem libri 20. testatur, ubi se, anteqvam Antiqvitates finiat, nonnulla de vita sua dicturum Epaphrodito significat, cui etiam in fine opusculi de vita sua totum Ἀρχαιολογίας suæ opus, qvod ipso impellente & stimulos addente pertexuerat, se dedicare scribit. Qvamobrem ipsi errant, qvi Eusebium eo nomine erroris arguunt, qvod, qvæ ex Josephi vita excerpsit, sub ἀρχαιολογίας titulo allegaverit (28.) Et hæc ipsa causa est, cur Labbeus (29.) & alii Josephi librum de vita sua in græco-Latina editione, qvam nova hæc sequitur, a libris Antiqvitatum avulsam & distractam nollent. Cæterum ad hoc Josephi opusculum remittimus, qvi de ejus prosapia & vitæ genere, & rebus usqve ad sextum & qvinqvagesimum ætatis annum gestis plura cognoscere cupiunt. Post historiam belli Judaici, & Judaicarum Antiqvitatum seu Originum libros, qvibus vitæ suæ curriculum Josephus attexuit, novi operis elaborandi occasionem subministravit Apio Grammaticus Alexandrinus, qvem Tiberius Cæsar cymbalum mundi vocare solebat, cum Plinio judice (30.) publicæ famæ tympanum potius videri potuisset. Cum enim illud mundi cymbalum magno doctrinæ strepitu contra

De vita sua.

Libri contra Apionem

(28.) Lib. 3. c. 10. natur. (29.) in addend. ad Tom. I. de Scriptor. eccles. p. 817. (30.) prolog. histor.

Judaicæ gentis antiqvitatem insonuisset, Josephus gentis suæ vindicias ex ipsis Græcorum monumentis adornavit, & duobus libris, qvi passim περὶ ἀρχαιότητος seu de antiqvitate inscribi solent, cum Moloni & aliis, qvi de Judæorum legibus & institutis falsa qvædam commenti fuerant, respondit, tum imprimis Apionis calumnias tanto profanæ doctrinæ apparatu confutavit, ut magna Hieronymum (31.) hæc legentem admiratio subierit, cum ab homine Hebræo omnes Græcorum bibliothecas tam studiose evolutas animadverteret. Supereſt tractatus de imperio rationis, seu panegyricus in Maccabæos, si modo is Josephum Autorem habeat, qvod Eruditorum multos negare Gulielmus Cave (32.) observavit. Eusebius (33.) illud opusculum τὸν αὐγενὲς στέφανον nominat, & vulgò περὶ αὐτοκράτορος λογισμοῦ inscribi, & a qvibusdam Μακκαβαικὸν appellari scribit. Hieronymus (34.) valde elegantem libellum vocat. Honorius autem Augustodunensis, (35.) Græcum titulum περὶ αὐτοκράτορος λογισμοῦ, qvem apud Hieronymum invenerat, non satis commode exprimit, cum ait hunc Josephi librum, in qvo Maccabæorum martyria digesta sunt, de potentia inscribi. In Manuscripto qvodam codice Vindobonensi, qvi diversus est ab eo, qvem supra recensuimus, nec in eorum numero fuit, qvi ad Bosium transmissi sunt, titulus est hujusmodi: Ἰωσήπου εἰς τὸ αὐτοκράτορα τῶν παθῶν λογισμὸν εἶναι, ut refert Lambecius (36.) qvi etiam indicat codicem illum tantum usqve ad illa procœmii verba pertingere: τὸ γὰρ ἐπὶ μικροῖς καὶ μεγάλοις παραινομεῖν ἰσοδύναμόν ἐστι· δι' ἑκατέρα γὰρ ὡσαύτως ὁ νόμος ὑπερφανεῖται, qvæ verba in editis exemplaribus plane desunt, nec in manuscripto Paulinæ nostræ bibliothecæ codice comparent, etsi ille multas integras periodos habeat, qvæ in vulgata editione desiderantur, ut ex appendice novæ hujus editionis manifestum est. Fratres autem illos Maccabæos, qvorum martyrium Josephus in hoc opusculo exposuit, etiam Johannes Chrysostomus, Gre-

De Maccabæis.

(31.) Epistol. ad Magnum. (32.) Histor. liter. scriptor. eccles. p. 22. (33.) lib. 3. c. 10. (34.) in catalog. Script. eccl. c. 13. (35.) libr. 1. de luminaribus eccl. c. 13. (36.) Tom. V. biblioth. Vindob. p. 104.

Gregorius Nazianzenus, Auguſtinus, Gaudentius, Leo Magnus & alii eccleſiæ Doctores ſermonibus ſuis celebrarunt. Sunt forte & alia qvæ Joſephus ſcripſit. Nam in fine libri 20. promittit, ſe, ſi Fata conceſſerint, hiſtoriam belli Judaici & vitæ ſuæ καινὴ ἀνάδρομὴν denuo recenſiturum, & qvatuor inſuper libros de Judæorum opinionibus circa Deum ejusqve eſſentiam, & legum rationes editurum. Qvæ promiſſa Joſephus non implevit, niſi forte hæc monumenta temporum injuria interciderint. Idem dicendum de volumine ἀπολογιῶν, cujus in limine Antiqvitatum ſuarum meminit. Ejus autem jacturam non admodum dolendam arbitratur Cunæus (37.) & ipſius Joſephi intereſſe putat, qvod perierit, cum ex ſpecimine, qvod libro 1. Antiqvitatum c. 1. legitur, ſatis appareat, Joſephum frigida qvædam myſteria & putidas argutias iſto volumine complexum fuiſſe. Cui conſentiens Bœclerus (38.) opus illud Joſephi ætiologicum nihil aliud fuiſſe præſumit, qvam campum ἀπεριγίας, in qvem plura Judaici pulveris nube obſcurata & corrupta φιλοσοφήματα ſepoſuerit. Sunt etiam, qvi ex Hieronymi præfatione ad librum XI. Commentariorum in Eſaiam colligunt, qvod Joſephus Librum de 70. hebdomadibus Danielis compoſuerit. Cum enim ibi Hieronymus Africanum, Origenem, Euſebium, Clementem Apollinarium, Hippolytum, & Tertullianum commemoraſſet, ſubjungit, Joſephum Porphyriumqve plurima de eadem qvæſtione diſputaſſe. Verum cum Hieronymus non indicet, qvis Joſephus ille fuerit, & ubi qvæſtionem illam tractaverit, incertum plane eſt, an Flavius Joſephus peculiarem tractatum de 70. Danielis hebdomadibus unqvam ediderit. Ad Pſeudepigrapha Joſephi opera pertinet liber περὶ παντὸς, cujus fragmentum in editionis hujus appendice exhibetur, & de qvo plura inferius dicemus.

Scripta a Joſepho promiſſa & deperdita.

Pſeudepigrapha.

Etſi vero genuina Ioſephi opera, qvæ ad noſtram usqve ætatem pervenerunt, citius pariter & ſæpius peregri-

Editiones Joſephi Græcæ.

(37.) Libr. 3. de Republ. Hebr. c. 1. (38.) Exercit. in Fl. Joſeph. p. 439.

no, qvam proprio Græci Sermonis habitu ex officinis typographicis, emissa fuerint, de Græcis tamen editionibus prius dicere convenit. Primæ editionis Græcæ Aldinæ mentionem facit Cl. Arnoldus in præfatione ad testimonium Flavianum, ubi Casaubonum manu sua ad hanc editionem ex codicibus Regiis multa annotasse, & se, dum in Anglia versaretur, exemplar illud apud Seldenum vidisse memorat. Verum cum ipsa Casauboni verba statim subjiciat, in qvibus editio illa Græca cum Parisiensibus manuscriptis collata Basileensis dicitur, non dubito, qvin Typographi vitio Aldina vocetur prima Josephi editio Græca, qvæ Arnoldina potius dici debuisset. Primus enim fuit Arnoldus Peraxylus Arlenius, qvi Græcum Josephi textum Basileæ M D XLIV. typis Hieronymi Frobenii & Nicolai Episcopii in lucem publicam eduxit, cum in Diegi Hurtadi Mendozæ Cæsarei tum apud Venetos Legati bibliotheca, qvæ postea in Escurialensem transiit, [39.] insignem hunc thesaurum invenisset. In qva editione ad emendandos & restituendos posteriores Antiqvitatum libros, cum eos multis in locis depravatos deprehendisset, epitomen qvandam Josephi, qvam Romæ nactus fuerat, adhibuit, & adscito in partem laboris Sigismundo Gelenio, ut qvam fieri posset castigatissime prodiret, procuravit. In historia belli Judaici, & cæteris Josephi scriptis minus negotii habuit, cum & sua exemplaria satis accurate scripta essent, & alia insuper Johannes Crotus & Petrus Gillius suppeditarent, qvorum erga se studium & in bonas literas amorem eo nomine collaudat. Græcam hanc editionem post annos 67. excepit græco-latina typis Petri de la Roviere A. C. MDCXI. Coloniæ Allobrogum excusa, qvæ ut emendatior prodiret, manuscripti qvidam Codices bibliothecæ Palatinæ collati sunt, qvos in Typographi gratiam a Bibliothecario Jano Grutero Marqvardus Freherus impetravit, etsi jam longius operæ processissent, cum istæ membranæ ad Rovierium transmitte-

(39.) Conferatur Anton. in biblioth. Hisp. p. 223.

mitterentur, qvi pollicitus qvidem est, se Virorum qvorundam doctorum notas & varias Lectiones ejus, qvi manuscripta illa Palatina excussit, studio collectas propediem peculiari volumine luce publica donaturum, sed, ut eventus docuit, promissis tantum dives fuit. Ipsa autem Roveriana operum Josephi editio græco-latina sine ulla mutatione A. C. M DC XXXIV. apud Johannem Crispinum iterata fuit. Et præter illas modo recensitas nulla alia vel græca vel græco-latina operum Josephi editio hactenus visa est. LIBER tamen DE MACCABÆIS etiam extra Josephi opera in nonnullis Græcis Bibliorum editionibus tertio Maccabæorum libro subjectus reperitur. Factum id in editione Bibliorum A. C. M D XXVI. Argentinæ typis Wolphianis a Lonicero procurata, qvem tribus Maccabæorum libris librum Josephi de martyrio septem fratrum Maccabæorum irreligiose attexuisse Morinus (40.) arguit, qvi & plures Bibliorum Græcorum editiones recenset, in qvibus Josephi de Maccabæis liber apocryphis insertus legitur, nempe duas Basileenses, qvarum una A. C. M D XL. ex Hervagii officina, altera M. D L. typis Nicolai Brylingeri prodiit, & Francofurtensem A. C. M D XCVII. typis Wechelianis editam, qvibus addi potest editio Apocryphorum græco-latina Basileæ A. C. M D LXXXII. in lucem publicam emissa, & forte aliæ. Eundem Josephi librum de Maccabæis JOHANNES LLOYDUS & auctiorem & emendatiorem cum latina interpretatione & notis edidisse perhibetur. (41) Postremo eundem librum FRANCISCUS COMBEFISIUS in novissimo, qvod vocat, Bibliothecæ Patrum auctario græce & latine 1672. Parisiis vulgavit.

Interpretes Josephus varios habuit, qvi ejus scripta ex lingva Græca in Latinam, Germanicam, Hispanicam, Italicam, Gallicam, Anglicam, Belgicam & alias transfuderunt. Ad latinos Interpretes, ut ab his ordiamur, qvodammodo referendus est S. AMBROSIUS Mediolanensis ecclesiæ

Interpretes Latini.

Ambrosius vel qvisqvis

(40.) Exercit. Bibl. lib. 1. exerc. 9. c. 1. (41.) Conferatur Witte in Diario biographico ad A. C. 1603.

Autor est librorum de excidio Hierosolymitano sub Hegesippi nomine editorū.

clesiæ Antistes, siqvidem ille Autor sit librorum 5. de excidio Hierosolymitano, qvi sub HEGESIPPI nomine circumferuntur a Jacobo Fabro per Jodocum Badium Ascensium, Godofredo Hittorpio, Laurentio de la Barre, Cornelio Gvalthero & aliis editi, & Patrum qvoqve bibliothecæ inserti. Est enim hoc opus nihil aliud, qvam liberior translatio librorum Josephi de bello Judaico, cui etiam nonnulla ex libris ἀρχαιολογίας admista sunt. Qvod vero hi libri de excidio Hierosolymitano Ambrosium Autorem habeant, etsi multis incredibile videatur, Ludovicus tamen Vives (42.) libros illos sub Ambrosii nomine allegat. Nec alienus est ab hac sententia doctissimus Gronovius (43.) non repugnaturus, si qvis Ambrosium ætate adolescentiori aut in exordio pontificatus sui opus hoc lusisse contendat. Qvam conjecturam & styli cum Ambrosiano convenientia & fides nonnullorum veterum codicum confirmat, qvalis est ille Mediolanensis, qvem Mabillonius (44.) literis partim Longobardicis partim Romanis majusculis scriptum memorat. In eo enim liber Egesippi secundus hoc titulo signatur: Incipit secundus. Ambrosius Episcopus de Græco transtulit in Latinum. Qvem Ambrosii ut interpretis titulum etiam nonnullæ Hegesippi editiones præferunt, ut ex Ascensiana & Hittorpiana manifestum est. Qvod autem hi libri Hegesippi tanqvam primarii Autoris nomine vulgo gaudeant, inde factum est, qvod Josephi nomen librariorum vitio corruptum fuerit. Pro Josepho enim sæpe scribi solebat Josepus aut Joseppus, vel etiam Josipus aut Josippus. Unde & in Mediolanensi Hegesippi codice, qvem paulo ante memoravimus, multis foliis libri qvinti in capite paginarum hæc verba apposita leguntur: IOSEPPI LIBER QVINTUS. Ex Iosippo autem in nonnullis exemplaribus levi mutatione Igisippus natus est, ut ex pervetustis membranis, qvæ apud Isaacum Vossium fuerunt, Colome-

(42.) ad Augustinum de Civit. Dei lib. 21. c. 5. (43.) observat. ad Scriptor. eccles. c. 1. p. 6. (44.) Mus. Ital. part. 1. tom. I. p. 14.

lomesius (45.) probavit. Tandem vero Egesippi vel Hegesippi nomen huic operi adhæsit. Cum enim proximo post Apostolos seculo Hegesippus qvidam claruerit, qvi qvinqve libros actuum ecclesiasticorum composuit, ab Eusebio & aliis antiqvis Scriptoribus commendatos, facili errore libris qvinqve de excidio Hierosolymitano Hegesippi nomen assignatum fuit, etsi non ex Hegesippo, sed ex Josippo vel Josepho expressi fuerint. Nonnulli tamen existimant, libris illis de excidio Hierosolymitano Hegesippi nomen non librariorum errore inditum, sed ab Autore sponte adscitum, sive qvod hoc nomen qvoad literarum sonum cum Josippi nomine magnam cognationem haberet, sive ut ex Hegesippi fama operi huic antiqvitatis autoritatem adderet. Interim Hegesippi nomen, undecunq; illud libri de excidio Hierosolymitano sortiti fuerint, multis fraudi fuit, ut Hegesippo Apostolorum temporibus vicino historiam excidii Hierosolymitani tribuerent. In qvorum numero miramur fuisse Casparum Barthium, (46.) qvi, cum multa seqvioris ævi indicia in Hegesippo deprehenderet, qvæ veteris Hegesippi ævo convenire minime possent, hunc scrupulum ita sibi eximebat, ut diceret idem Egesippo contigisse, qvod in Eutropio aliisqve Autoribus factum esse constat, cum jam a multis seculis Monachi id in more habuerint, ut longiora scripta in epitomen redigerent, aut breviora assutis variis laciniis extenderent. Et Egesippi qvidem libros immanibus cumulis ex Rufini Josepho petitis distentos atqve effarctos judicat, de cœtero minime dubitans, qvin priscus Egesippus illorum librorum Autor censeri debeat. Discedit ab hac sententia Gerhardus Johannes Vossius (47.) & qvod mireris, ipse Barthius, qvi alibi (48.) non parvam Monachorum impudentiam fuisse qveritur, qvod Egesippum, qvi hodie extat, cum veteri illo confuderint. Vossius autem dum Barthii sententiam refutat, ad alterum extremum labitur, dum Autorem hujus operis sexcen-

(45.) Paralipom. ad cav. Chartophyl. p. 239. edit. ult. (46.) libr. 46. Adv. c. 4. (47.) libr. 3. de Hist. Lat. p. 707. & de Histor. Græc. libr. 2. c. 14. (48.) libr. 34. Adv. c. 11.

centis & amplius annis Ambrosio juniorem facit. Otium hic nobis fecit doctissimus Gronovius (49.) qvi utramqve sententiam confutavit, & Autorem, qvi sub Hegesippi nomine excidii Hierosolymitani historiam conscripsit, neqve ad tempora Apostolicæ ætati proxima evehendum, neqve ad Scriptores infimæ vetustatis detrudendum, sed sub Theodosii imperio collocandum probavit. Sive autem Ambrosius hujus operis autor sit, sive alius Scriptor Ambrosio coævus, certum est eum Josephi vestigiis sic insistere, ut qvodammodo interpretis vice fungatur. Ea tamen libertate interpretem agit, ut multa de suo admisceat, & subinde non tam Josephum, qvam sui ingenii impetum seqvatur. Unde Scaliger (50.) de Hegesippo ait, qvod sincerum Josephi vas incrustare consveverit. Sanctum qvoqve Hieronymum Josephi opera una cum Papiæ & Polycarpi libris in latinam lingvam transtulisse rumor ad Lucinii Bætici aures tulerat. Verum Hieronymus (51.) respondebat, tantum nec otii sibi fuisse, nec virium, ut tantos Autores pari venustate in alias lingvas exprimere potuerit.

Rufinus. Æqvalis tamen Hieronymi RUFINUS Aqvilejensis Presbyter Josephi Antiqvitates & historiam belli Judaici & duos contra Apionem libros latinitate donasse perhibetur. Unde antiqva illa & vulgata istorum librorum versio in Latinis Josephi editionibus Rufino passim tribuitur. Nec refragantur codices manuscripti, & in his antiqvissimus ille, qvi Mediolani in Ambrosiana bibliotheca extat, laudatus a Burneto in suis epistolis de itinere suo Italico (52.) & Mabillonio (53.) qvi hoc volumen ex charta Ægyptiaca constare, & aliqvot libros Josephi de antiqvitatibus Judaicis continere scribit, & Boschæ qvidem non consentit, qvi ab annis mille trecentis hoc volumen scriptum suspicatur, antiqvissimum tamen illud esse, & ante mille & centum annos exaratum judicat. Num vero recte Rufino versio ἀρχαιολογίας ἰουδαϊκῆς & duorum librorum contra Apionem tribuatur, haut immerito dubitari possit. De libris

ἁλώσεως

(49.) observ. in Script. eccles. c. 1. & 21. (50.) animadvers. ad Euseb. chron. num. 1950. (51.) epistol. 28. (52.) epistol. 2. (53.) Mus. Ital. Tom. I. part. I. p. 21.

ἀλώπεκας minor dubitandi ratio exiſtit. Etſi enim eorum verſio ut ex Caſſiodori divinis lectionibus ſeu inſtitutione divinarum literarum (54) patet, ab aliis Ambroſio, ab aliis Hieronymo, ab aliis Rufino adſcriberetur, vicit tamen ſententia pro Rufino, neq; ſtylus ab aliis Rufini operibus diſcrepat. At cum idem CASSIODORUS ibidem dicat, qvod Joſephi Antiqvitatum libros 22. [intelligit libros viginti ἀρχαιολογίας & duos ἀρχαιότητος contra Apionem] per Amicos ſuos non ſine magno labore latine reddi curaverit, ex eo haud obſcure colligi poteſt, Caſſiodori ævo, qvem integro & amplius ſeculo Rufinus anteceſſit, nullam adhuc illorum Joſephi librorum verſionem extitiſſe. Qvorſum enim amicis ſuis tantum laborem impoſuiſſet, ſi jam ollim a Rufino ſuſceptus fuiſſet. Saltem iſtam Rufini verſionem ſilentio prætermiſſurus non fuiſſet, ſi forte illi meliorem & fideliorem ſubſtituere voluiſſet. Fatendum autem eſt, antiqvam Joſephi verſionem tam in hiſtoria belli Judaici qvam in antiqvitatibus & duobus libris, qvibus famoſum illum πλειστονίκην Apionem [55.] ſuperavit, plurimis in locis Græco Joſephi textui parum reſpondere, ſive corruptos codices habuerit Interpres, ſive bonos malo ſenſu corruperit. Κομιζεῖν ἐπικουρικὸν ſeu adducere auxiliares copias Antiqvo illi interpreti idem eſt ac per Coricum tranſire. (56.) Vicum Emmauntem ſeu Ammauntem Joſephus (57.) ab Hieroſolymis ſtadiis ἑξήκοντα diſſitum dicit, qvod cum Luca (58.) convenit, & parum tamen abfuit, qvin Vir qvidam doctiſſimus, cujus Bochartus (59.) meminit, Lucam falſi argueret, cum apud Latinum Joſephi interpretem triginta ſtadia legiſſet. Alibi antiqvus ille Joſephi interpres χιόνα ſeu nivem per æſtus explicat, ut plura alia hujusmodi taceam, in qvibus interpres Joſephi cum ipſo Joſepho non magis convenit, qvam cum ex bubone, qvem ſupra Agrippæ paulo poſt morituri caput adſtitiſſe Joſephus tradidit, Euſebius

Caſſiodori familiares.

(54) c. 17. Tom. II. Operum Caſſ. p. 550. edit. Rotomag. (55.) Ita Apio vocatur a Plinio lib. 37. c. 5. Gell. lib. V. c. 14. Clemente Alex. lib. 1. Strom. p. 235. (56.) libr. 14. Antiqu. c. 16. (57.) lib. 7. de Bell. Jud. c. 27. (58.) Luc. XXIV. 13. (59.) Chan. lib. 2. c. 16.

(60.) Angelum formavit. Non est hic prolixe disserendi locus, qvalem in aliis Scriptoribus vertendis Rufinus se gesserit. Notum est qvod in Eusebio multa omiserit, multa de suo adjecerit, multa deniqve pessime reddiderit, ut cum Zachariam Johannis Baptistæ Patrem, cujus Eusebius vel Lugdunenses in sua epistola apud Eusebium obiter meminerant, in Martyrem Lugduni sub Antonino passum transmutavit. Qvali perfidia Origenis scripta tractaverit, non opus est, ut Erasmi (62.) Dallæi, (63.) & aliorum verbis exponamus. Habemus enim confitentem reum, siqvidem ipse Rufinus in præfationibus ad libros περὶ ἀρχῶν, item in præfatione & epilogo Origeniani in epistolam ad Romanos Commentarii non dissimulat, qvantum sibi in Origene interpretando licere existimaverit. Sed, ut ad Josephum redeamus, nec hoc tacendum est, antiqvam versionem interdum saniorem esse, qvam novam, & ipsi Græco, qvalis nunc est, textui præferendam. Unicum libet adducere exemplum. Refert Josephus, qvod Boozus, cum Ruthem ducturus esset, coacto Senatu & adducto Ruthis cognato, qvi eam ducere recusabat mulierem jusserit accedere cognatum suum, & juxta legem calceum ei detrahere, καὶ πτύσειν εἰς τὸ πρόσωπον (64.) Rectius antiqvus interpres in suo exemplari legit: Καὶ πτύειν εἰς τὸ πρόσωπον. Sic enim vertit: Booz testificans Seniores, jussit mulieri, ut ejus calceamentum solveret juxta legem, & in faciem ejus exspueret. Respexit nimirum Josephus ad legem de fratria ducenda, qvæ extat Deut. XXV, 9. etsi ea ad præsentem causam non spectaret, ut post Drusium Seldenus [65.] observavit. Sed hæc de antiqvioribus Josephi interpretibus dixisse sufficiat. Nunc ad recentiores pergendum, e qvorum numero SIGISMUNDUS GELENIUS libros 20. antiqvitatum nova versione donavit. Cum enim Arnoldus Arlenius in græca sua Josephi editione libros antiqvitatum juxta

Gelenius.

(60.) libr. 2. hist. eccl. c. 10. ubi allegat locum ex Josephi Antiqvit. libr. 19. c. 7. (62.) Prolog. ad Orig. (63.) de script. Ignat. c. 40. & seqv. (64.) Antiqvit. libr. 5. c. 11. (65.) de succession. in bon. defunctor. c. 15.

juxta duos codices ex diversissimis terræ tractibus petitos, qvorum uterqve alterius lacunas explere poterat, edidisset, non deerant, qvi novam hujus operis interpretationem ad Græcos fontes exactam desiderarent. Gelenius autem tanto lubentius id operis in se suscepit, qvod antiqvitatum libros non perinde ac historiam Belli Judaici a Rufino versos animadverteret, siqvidem non referrent hominem utriusqve lingvæ peritum, qvalis Rufinus seculo suo fuit, nec stylo libros de bello Judaico æqvarent. Novo igitur stylo hos libros reddidit, & nonnulla a veteri interprete omissa supplevit. Idem & Josephi librum de vita sua in Latinam lingvam transtulit. In historia autem Belli Judaici & libris contra Apionem veterem versionem ad Græcum textum castigavit, qvod tamen ubivis factum non esse collatio ostendit, qvemadmodum etiam nova, qvam fecit, Antiqvitatum versio, eruditorum censuram effugere non potuit, unde Vorstius (66.) egregiam reipublicæ literariæ navaturum operam judicat, si qvis Flavii Josephi versionem, in pluribus a Græco textu discedentem, ad limam revocaturus esset. Iosephi librum de vita sua Godofridus TILMANNUS Carthusiæ Parisiensis Monachus latinè vertit, & typis Michaëlis Fezandat Parisiis exprimendum dedit, qvod ex Petri Lambecii ad Principem Augustum epistola didici. Prodiit ista Tilmanni versio anno 1548. qvo ipso anno Gelenius in præfatione ad Iosephi opera Basileæ scribebat, vitam Iosephi nunc primum in præsenti operum ejus editione a Latinis hominibus legi posse. Referendus esset ad Latinos Josephi interpretes etiam ERASMUS ROTERODAMUS, si tractatum de Maccabæis ex Græco Josephi textu expressisset. Verum cum Græcum codicem ad manus non habuerit, e latinis tantum Græca conjectavit, & mutatis nonnullis versionem illius tractatus antiqvam elegantiori stylo reddidit. Eundem tractatum de Maccabæis Lloydius & Combefisius in Latinum sermonem traduxerunt, ut alias libelli istius translationes, qvæ in nonnullis bibliorum editionibus

Tilmannus.

Erasmus

Lloydius, Combefisius. Alii

(66.) in notis ad chronologiam R. Dav. Ganz. p. 290.

nec non in nonnullis Josephi editionibus leguntur, taceamus. Sunt autem Latinæ Josephi editiones variæ. Antiqvissima forte est, cui neqve annum neqve locum impressionis adscriptum Bosius (67.) indicat, qvi eam ex liberalitate Curatorum bibliothecæ Rhedigerianæ habuit. An præter Antiqvitates Judaicas plura Josephi opera editio illa complexa fuerit, nescio. Nullus etiam impressionis annus & locus adscriptus est libris septem de Bello Judaico per Platinam castigatis, qvos in suis Typographiæ incunabulis Cornelius a Beughem (68.) memorat. Idem Beughemius (69.) Antiqvitates Josephi Judaicas Venetiis per Ludovicum Cendratam impressas tradit. Aliam Josephi Latinam editionem Venetiis 1486. excusam in bibliotheca sua habuit celeberrimus Heinsius (70) Secuta est apud Venetos alia editio A.C.M CCCC XCIX. qvæ Antiqvitatum libros, historiam de Bello Judaico, & duos libros de antiqvitate Iudæorum contra Apionem præmissis singulorum capitum argumentis exhibuit. (71.) Qvam grata hæc Venetorum opera eruditis fuerit, & qvam avidos emtores Josephus invenerit, ex eo colligere licet, qvod vix triennio elapso nempe M D II. iterum nova Josephi editio Venetiis prodierit. Prodiit illa typis Bernardini Vercellensis, sumtibus Andreæ Asulani. Præmissa est tabula rubricarum, qva singulorum capitum in Antiqvitatibus & historia belli Iudaici argumenta continentur. Et illa qvidem, qvæ ad historiam belli Iudaici spectant, Autorem habent Magistrum Franciscum Macæratam, Ordinis minorum, & ita concepta sunt, ut ferme epitomes instar haberi possint. Addita etiam est epistola Hieronymi Sqvarzafici Alexandrini ad Raynaldum de Novimajo, in qva Josephi libros a Rufino translatos indicat, & Josephi vitam e juratissimis, ut ait, Autoribus elicitam breviter subjungit. Aliam Josephi editionem Venetam, qvæ A.C.MDX lucem adspexit, Reinesius in qvadam ad Adolphum Vorstium epistola, (72.) Mediolanensem, qvæ per Alexandrum Minutianum MDXIII. prodiit, Bosius in sua ad Josephi

Editiones operum Josephi latinæ.

(67.) Exercit. ad perioch. Joseph. (68.) p. 178. (69.) p. 79. (70.) Conf. Catal. Bibl. Heinsianæ fol. 20. (71.) Conf. bibliothecam Fris. p. 233. (72.) epistol. 22.

phi periocham exercitatione,(73.) Parisiensem a Roberto Goullet typis Johannis Barbieri A. C. M D XIV. procuratam Lambecius in sua ad Augustum Principem epistola,(74.) aliam Parisiensem A. C. M D XIX. ex officina Johannis Parvi emissam Possevinus (75.) commemorat. Postea A. C. M D XXIV. Coloniæ in ædibus Eucharii Cervicorni Josephi opera impressa sunt, addito, qvi in prioribus editionibus desideratur, libello de Machabæis per Erasmum recognito. Præmissa est Jacobi Sobii ad Lectorem præfatio, in qva Josephi versionem a Godofredo Hittorpio ad vetustissima Latina exemplaria diligenter recognitam asserit. Græcum enim textum Sobius temporum injuria plane deperditum suspicabatur, nisi forte in Romana Bibliotheca latitaret. Additus etiam est index, qvem Cornelii Lynnichensis industriæ debemus. Eodem anno M D XXIV. eadem Josephi opera Basileæ Johannes Frobenius excudit, qvi agnoscit, in Coloniensi editione, qvæ suam aliqvot mensibus antevertit, loca qvædam non infeliciter restituta, multa tamen in mendis suis adhuc relicta asserit, cum adeo depravatus Josephus fuerit, ut expurgando huic Augiæ stabulo unus Hercules non sufficerit. Qvibus præmissis speciminis gratia loca qvædam indicat, qvæ veterum exemplarium collatione in Basileensi hac editione emendata sunt. Bene sibi cessisse suam Josephi editionem cum animadverteret Eucharius Cervicornus, distractis primæ editionis exemplaribus A. C. M D XXXIV. Josephum majori labore & industria recognitum iterum Coloniæ prælo subjecit, additis etiam monumentis, qvæ sub Berosi, Manethonis & Metasthenis nomine Johannes Annius Viterbiensis orbi literato venditavit. Sed hic iterum cum Colonia de Josepho Basilea certavit. Eodem enim anno M D XXXIV. Basileæ ex officina Frobeniana Josephus exiit, Sigismundi Gelenii studio recognitus, qvi Antiqvitatum qvidem interpretationem veterem ob Græcorum Codicum penuriam tantum

(73.) p. 8. (74.) p. 11. (75.) tom. I. apparat. p. 967.

ad vetuſta qvædam exemplaria Latina contulit, hiſtoriam autem Belli Judaici ex duobus Græcis codicibus, qvorum unum Georgius Arminiacus Rutenorum Epiſcopus, alterum Johannes Crotus obtulit, emendavit, & tantundem laboris aut aliqvanto plus in libris contra Apionem adhibuit, ut a legentibus intelligi poſſent. Et hæc editio Baſileæ A. M D XL. repetita fuit, in qva Typographus (76.) monet, librorum de Bello Judaico & contra Apionem exemplaria Græca ex Gallia, Germania & Polonia corrogata fuiſſe, & cum Latinis collata, & in libris contra Apionem circa finem primi, & initium ſecundi libri plusqvam centenos verſus additos fuiſſe, qvi hactenus omiſſi fuerant. Paulo poſt nempe A. M D XLVI. Sebaſtianus Gryphius Joſephi opera tribus voluminibus diſtincta minori forma nempe plagulis in octo folia complicandis publicavit. Et iſtæ qvidem, qvas hactenus recenſui, editiones antiqvam Joſephi verſionem exhibent, de cujus Autoribus ſupra dictum eſt. Anno autem M D XLVIII. Baſileæ nova Antiqvitatum Judaicarum verſio a Sigismundo Gelenio concinnata lucem publicam adſpexit, cui & cœtera Joſephi opera juxta antiqvam verſionem & liber de Maccabæis ex Eraſmi paraphraſi adjuncta fuerunt, & qvi hactenus in Latinis editionibus nondum viſus fuerat, Joſephi liber de vita ſua ab eodem Gelenio in Latinam lingvam translatus, qvæ editio Baſileæ A. M D LIV. repetita fuit. Has editiones ſecutæ ſunt duæ Lugdunenſes, qvarum una A. M D LV. altera M D LVII. utraqve apud Gryphium impreſſa, & duæ Baſileenſes, qvarum una A. M D LIX. altera M D LXVII. utraqve ex officina Frobeniana prodiit. Et in priore qvidem Baſileenſi liber de Maccabæis ex Eraſmi Roterodami paraphraſi legitur, qvæ hactenus etiam in aliis Ioſephi editionibus retenta fuerat, in poſteriore autem alia verſio occurrit, cujus hoc eſt initium: diſputaturus de re ad philoſophiæ rationem maxime pertinente num affectibus

(76.) p. 545.

ctibus imperet pia ratio, recte fecero, si vobis, ut Philosophiæ sedulo incumbatis, consuluero. Qvæ Francofurti ad Mœnum A. C. M D LXXX. impensis Sigismundi Feyerabend procurata est editio, figuris exornatur, & singulis foliis chronologiam adscriptam habet, ipsumqve textum doctorum hominum laboribus & vigiliis a pluribus mendis expurgatum pollicetur. Anno M D LXXXII. iterum Basileæ ex Frobeniana officina vulgatus est Iosephus, itidem chronologia & aliis scholiis marginalibus illustratus. Anno M D LXXXVIII. Sigismundus Feyerabend Francofurti Iosephi opera denuo typis imprimi curavit, sed minori forma, & ad commodiorem usum adornata. Anno M D XCIII. Coloniæ apud Iohannem Gymnicum sub monocerote Flavii Iosephi opera iterum latine prodierunt, ut Genevensem anno M D XCV. a Iacobo Stoerio excusam, Francofurtensem anno M DC XVII. vulgatam & alias taceamus. Qvorsum etiam spectant Nicolai Asclepii Barbati periochæ & argumenta librorum 20. de Antiqvitatibus Judaicis & librorum septem de Bello Iudaico, singulorum capitum summam singulis tetrastichis complectentia, qvæ una cum Ducum, Iudicum, & Regum populi Israelitici historia per Bartholomæum Stenum conscripta Coloniæ typis hæredum Arnoldi Birckmanni anno M D LXIV. in lucem prodierunt, item compendiosissima Belli Iudaici descriptio, qvam ex Iosepho collegit, & Coloniæ M D LII. edidit Georgius Vicelius, ut alia ejus generis taceamus. Dignus autem omnino Iosephus fuit, qvi non ab eruditis modo Græce & Latine, sed etiam a vulgo in vernaculis variarum gentium linguis legeretur. Et de Germanis qvidem suis hac in causa bene meritus est D. CASPAR HEDIO, qvi anno M D XXXI. Flavii Josephi opera in Germanicam lingvam convertit, & Argentinæ typis Michaelis Meyeri & Balthasaris Bockii primum edidit, anno MD XXXV. & forte sæpius novis typis impressa. Præmissa est explicatio vocabu- Versiones Germanicæ.

lorum lingvæ Hebraicæ, Chaldaicæ, Græcæ & Latinæ, qvæ in Josephi scriptis passim occurrunt. Cui nominum explicationi subjunguntur, qvæ Gulielmus Budæus in libris de Asse & ejus partibus ad loca qvædam in libris Josephi contra Apionem animadvertit. Fatetur autem elegantiori habitu Germanicum suum Josephum legentium oculis se oblaturum fuisse, nisi defectu Græcorum exemplarium, qvæ tum adhuc in bibliothecis latebant, tantum ad Latinos codices conformatus fuisset, qvos adeo corruptos fuisse qveritur, ut non sine magno labore multisqve vigiliis loca qvædam restituere, eorumqve sensum assequi potuerit, qva in re etiam Melchiorem Ambachium, & Wolfgangum Musculum auxilio sibi fuisse non dissimulat. Minime tamen dubitat, qvin improbo suo labore tantum effecerit, ut ex Germanica sua versione Latina exemplaria, si prælo iterum subjicerentur, plurimis in locis emendari possent, ne amplius mala culmos

Esset rubigo, segnisqve horreret in arvis
Carduus, - - - - -
Lappæqve tribuliqve interqve nitentia culta
Infelix lolium, & steriles dominentur avenæ.

Postea, cum Arnoldi Peraxyli Arlenii studio Græcus Josephus in lucem editus fuisset, Bibliopolæ qvidam Francofurtenses per M. JOHANNEM SPRENGENIUM & ZACHARIAM MUNZERUM ex Græco textu Josephi opera in Germanicam lingvam transferri curarunt, qvorum versionem Johannes Feyerabend Francofurti anno M D LXXXI. prælo iterum commisit, cum primæ editionis, qvæ Georgii Rabi & Cognati cujusdam sui impensis ante aliqvot annos facta fuerat, exemplaria nulla amplius supereſſe intelligeret. Neqve hic silentio prætermittendus CONRADUS LAUTERBACHIUS, qvi itidem Flavii Josephi opera, qvæ extant, omnia Germanice reddidit, nihilqve eorum omisit, qvæ Josepho vel ornatum vel lucem afferre poterant.

Ejus

Ejus interpretatio primum Argentorati anno MDLXXIV. iterumqve MDXCV & MDCXI & noviſſime Francofurti MDCLXXXVI. lucem publicam adſpexit. Libri ſeptem de Bello Iudaico Francofurti anno MDLII. ſeorſim typis Chriſtophori Egenolfi Germanice prodierunt, qvo interprete, cum editio illa ad manus non ſit, dicere non poſſum. In Hiſpania IOHANNES MARTINUS CORDERO Valentinus, qvi multa veterum & recentiorum Scriptorum monumenta in ſermonem Caſtellæ vernaculum traduxit, Ioſephi qvoqve libros ſeptem de Bello Iudaico poſt veterem, qvæ ei diſplicuit, Catholicorum Regum Chronographi interpretationem Hiſpanice edidit, impreſſos Antverpiæ anno MDLVII. & Madriti anno MDCXVI. Antiqvitates autem Iudaicæ, in eandem lingvam traductæ, una cum vita Ioſephi ab ipſomet conſcripta, & tractatus de imperio rationis ſeu de Maccabæis incerto interprete Antverpiæ anno MDLIV. typis Martini Nucii prodierunt. Hiſpanicæ.

In Italia PETRUS LAURUS Mutinenſis Ioſephi Antiqvitates Iudaicas Italice reddidit, qvas Balthaſar Conſtantini Venetiis anno MDXLIX. ex officina ſua prodire juſſit. FRANCISCUS autem BALDELLUS non Antiqvitates modo, ſed etiam libros de Bello Iudaico, libros duos contra Apionem, & tractatum de imperio rationis in Italicam lingvam convertit, qvæ Baldelli verſio in duos tomos diſtributa itidem Venetiis anno MDLXXXI. lucem publicam adſpexit. Italicæ.

Gallia Flavium Ioſephum in ſua lingva prodeuntem ſæpiſſime conſpexit. Prodiiſſe Ioſephum Gallice anno MCCCCXCII. Cornelius a Beughem in Typographiæ incunabulis tradit, interpretem non addit, & forte ipſe interpres nomen ſuum latere voluit. Inter eos, qvos Gallice Joſephum interpretatos fuiſſe novi, fuit NICOLAUS DE HERBERAY DOMINUS DES ESSARS, qvi præter alia etiam Joſephi libros ſeptem de Bello Judaico Gallico ſermone expreſſit anno MDLVII. Pariſiis excuſos. Agit de eo Autor, qvi de Eruditis & præcipuis eorundem ſcriptis judicia pluribus tomis hactenus vulgavit, eumqve in Joſepho Gallicæ.

pho vertendo bonas horas melius, qvam in transferendis Amadisi libris collocasse censet (77.) Omnia Josephi opera Gallice interpretatus est FRANCISCUS BURGUNDUS, cujus versio Lugduni apud Johannem Temporalem & postea apud hæredes Jacobi Junti, nec non Parisiis anno M D LXXIII. apud Claudium Micræum prodiit. Hanc Francisci Burgundi versionem postea correxit JOHANNES LE FRERE DE LA VAL, & hæc Burgundi versio a Frerio Lavallensi ad Græcum textum emendata Parisiis MDLXX. apud Nicolaum Chesneau una cum Latina versione, ita ut una alteri qvoad singulas periodos respondeat, lucem publicam adspexit. Additum est in eadem editione historiæ de bello & excidio Judaico compendium, qvod studio Davidis Kyberi ex Hebraico Josepho Latine concinnatum Franciscus Belleforestus in Gallicam lingvam transtulit (78.) Neqve hic omittendus Antonius Fayus, qvem a Bosio inter Gallicos Josephi interpretes referri video (79.) Nec mirum, qvod qvi Livium Gallici sermonis habitu donavit, Josephum qvoqve, qvem Græcum Livium Hieronymus appellat (80.) eodem honore dignatus fuerit. Verum plerasqve ex his Josephi versionibus etsi a popularibus suis factas Galli parum æstimarunt. Alias enim ob styli barbariem aspernati sunt, alias minus fideliter translatas arguerunt, nonnullas etiam de hæresi suspectas habuerunt, cum in illis phrases qvasdam & loqvendi formulas observare sibi viderentur, qvibus ferendis non essent aures Romanis placitis assvetæ, ut Johannes Gallœsius (81.) in ephemeridibus Eruditorum annotavit, qvi etiam addit GILBERTO GENEBRARDO Josephi versionem felicius cessisse. Cum enim ante ipsum intra qvinqvaginta annorum spatium qvinqve aut sex versiones Josephi Gallicæ prodiissent, postea vel centum anni elapsi sunt, anteqvam qvisqvam de nova versione Josephi cogitaret. Cum igitur tot Interpretibus in unius libri versione defatigatis omnes jam

(77.) Jugemens de Scavans tom. 3. Sect. 930. (78.) Conf. la Bibliotheque d' Antoine du Verdier p. 368. (79.) exercit. ad Josephi periocham c. 1. p. 11. edit. secund. (80.) epistol. ad Eustoch. de custod. Virginit. c. 15. (81.) Anno 1667. d. 16. Januar.

jam in Genebrardi verſione acqvieſcerent, haud mirum cuiqvam videri poteſt, qvod illi excudendo præla toties deſudaverint. Prodiit enim Pariſiis apud Michaëlem Sonnium anno M D LXXVIII. apud Claudium Rogerium MDLXXXVIII. apud Lucam Bruneau M DC IV. ut alias editiones taceamus. Neq; tamen erroribus ſuis & nævis hæc Genebrardi verſio deſtituitur, qvos paſſim a doctis notari videas. Sane Caſaubonus [82] Gelenii & Rufini errores leves eſſe cenſet præ iis, qvos Genebrardus commiſit, qvi tantum ſibi in Joſepho licere exiſtimavit, ut pro voce Cleopatra poſuerit: ceſte chiene, pro vocibus; διδωσιν αὐτῇ: il donne a ceſte putain, ex qvo magnam illius Theologi παῤῥησίαν arguit, qvam etiam Thuanus [83.] in ejus elogio notavit. Poſtremo ARNOLDUS D' ANDILLY qvatuor & viginti abhinc annis Judaicas Ioſephi Antiqvitates Gallice edidit, qvibus poſt biennium etiam hiſtoriam Belli Iudaici, vitam Ioſephi ab ipſomet conſcriptam, libros contra Apionem, tractatum de Maccabæis, & Philonis legationem ad Cajum Caligulam adjecit. Cum enim per integrum ſeculi ſpatium lingvæ Gallicæ cultus tantum increviſſet, ut Genebrardi verſio nemini amplius jucunda eſſe poſſet, ſi vel maxime Ioſephi ſenſus accurate expreſſiſſet, operæ ſe pretium facturum exiſtimavit, ſi nobiliſſimum ſcriptorem, qvem barbaræ verſiones pæne exoſum reddiderant, novo ornatu genti ſuæ iterum conciliaret. In hac verſione Andillius, ſi Galloëſio in ephemeridibus eruditorum hoc opus commendanti credimus, Ioſephum fideliter reddidit, idqve præſtare ut poſſet, varia manuſcripta conſuluit, nec fideliter modo, ſed comte etiam & nitide Ioſephum expreſſit, dum Gallicæ lingvæ elegantias ad Græci ſermonis emphaſes tam feliciter applicavit, ut facundia cum Ioſepho certare videatur. Imprimis autem iſtos eloqventiæ flores deprehendere licebit in hiſtoria de Bello Iudaico, & maxime in oratione Anani, qvæ libro 4. c. 13.

(82.) Exercit. 1. contra Baron. Sect. 9. n. 8. (83.) libr. 19. hiſt. p. 771.

4. c. 13. extat, nec non in descriptione horrendæ famis, qvæ libri 5. cap. 28. legitur. In versione Antiqvitatum fatetur se a Græco textu nonnihil dissentire circa descriptionem tabernaculi & mensæ, in qva sacri panes repositi fuerunt, cum hæc & alia qvædam loca in Græco textu adeo corrupta fuerint, ut ea corrigendi necessitas sibi imposita fuerit. Hæc Andillii versio etiam extra Galliam typis commissa fuit. Anno enim MDC LXXVI. Bruxellis qvinqve voluminibus distincta prodiit. Tria priora volumina complectuntur libros 20. Antiqvitatum; duo posteriora exhibent Josephi librum de vita sua, libros 7. de Bello Judaico, libros duos contra Apionem, tractatum de Maccabæis, in qvo vertendo Andillius non Erasmi paraphrasin, ut Genebrardus, sed Græcum textum secutus est, & deniqve Philonis legationem ad Cajum. Uno volumine, qvod elegantissimis figuris æri incisis exornatum est, Andilliana illa Josephi versio Amstelodami anno MDC LXXXI. prodiit. Nondum viderat Andillianam Josephi versionem, ut unicum hoc addam, Bosius cum exercitationem suam ad periocham Flavii Josephi prima vice ederet. In altera autem illius exercitationis editione concedit qvidem Andillii versionem sermonis elegantia cœteris præstare, neqve negat Græciæ lepores haud raro in ista versione feliciter exprimi, vix tamen credendum censet, qvod Andillius manuscripta Græca consuluerit, aut qvod hæc versio majestati textus originalis perfecte respondeat, etsi Sorbonenses in approbatione operi præfixa ejus rei fidem facere voluerint. Qvin potius existimat, Andillium Gelenianæ magis versioni qvam Græco textui inhæsisse, ideoqve nonnulla, qvæ Gelenius obscure interpretatus fuerat, plane omisisse. Qvod judicium aliorum, qvi penitiorem Gallicæ lingvæ cognitionem habent, examini relinqvo. In Anglia THOMAS LODGE Josephi historiam Judaicam in patriam suam lingvam transtulit, & Oxonii vulgavit, ubi etiam MDC LXXVI. Josephi opera recognita & emendata juxta elegantissimam

Anglicæ.

versio-

verſionem Andillii in Anglicam lingvam tradu&ta cum locis ſcripturæ parallelis, tabula Geographica Palæſtinæ, aliisqve imaginibus æri inciſis ad illuſtrandam Ioſephi hiſtoriam facientibus prodierunt. In Belgicam lingvam Amſtelodami anno MDCLXXVIII. Flavii Joſephi opera omnia ex Græco Latinoqve recens convertit LAMBERTUS VAN DER Bos, cui editioni annexus eſt Hegeſippus, qvem ex Germanico tranſtulit Simon de Vries. Præfixa ſunt ſingulis libris & capitibus ſummaria, accedunt ducentæ & qvinqvaginta icones æneæ elegantiſſimæ, tabula chronologica indicesqve chronologici & biblici, nondum antea impreſſi. Fortaſſe etiam in aliarum gentium lingvas Joſephi opera tranſierunt. Si Baronio fides adhibenda, (84.) Joſephus etiam in Hebraicam lingvam converſus extat. Refert enim in bibliotheca Vaticana haberi manuſcriptum verſionis illius Hebraicæ codicem, in qvo Judæi Ioſephi de Chriſto teſtimonium abraſerint, cujus ſceleris veſtigia tam manifeſta eſſe ſcribit, ut nulla excuſatio aut defenſio locum habeat. Et qvamvis hanc narrationem Caſaubonus a veritate alienam eſſe ſuſpicetur, (85.) Huetius tamen [86.] adhuc Romæ in Vaticana bibliotheca membranas iſtas videri, & Baronium a mendacio abſolvere aſſerit. Et hanc ipſam Hebraicam Joſephi verſionem etiam illuſtri cuidam Perſonæ Romæ in Vaticana Bibliotheca oſtenſam Wagenſeilius in epiſtola quadam ad Arnoldum memorat. E Judæis R. Schabtai ben Joſeph in libro, qvem Siphte Jeſchenim ſeu labia dormientium inſcripſit, itidem affirmat, Flavii Joſephi antiqvitates cum bello Judaico e Græco in Hebraicum ſermonem converſas fuiſſe, ut ex Actis Eruditorum didici. (87.) Interim nulla verſio Joſephi Hebraica in lucem hactenus producta fuit, niſi qvis Ioſephi Gorionidæ hiſtoriam pro Hebraica Ioſephi verſione habere velit, cum plurimis in locis Ioſephum noſtrum κ᾽ πόδα ſecutus fuerit. Edita eſt illa

Belgicæ.

Hebraicæ

Joſeph Ben Gorion.

d Ioſe-

(84.) tom. 1. annal. A. C. 34. p. 210. edit. Rom. (85.) exercit. 16. in Baron. Sect. 154. (86.) demonſtrat. evangel. prop. 3. p. 27. (87.) A. C. 1690. p. 302.

Ioſephi, qvi ſe filium Gorionis appellat, hiſtoria Conſtantinopoli A. M. 5250. ſeu anno Chriſti M CCCCXC. iterumqve ibidem A. M. 5270. Chriſti M DX regnante Bajazetho. Qvæ autem anno M DXXIX. Wormatiæ Sebaſtiani Munſteri ſtudio prodiit, breviſſimum tantum eſt Conſtantinopolitanæ editionis compendium, a Iudæo qvodam concinnatum, & a Munſtero Latine redditum. Obſervat autem Morinus, qvi Wormatienſem editionem cum ſecunda Conſtantinopolitana contulit, (88.) Autorem illius compendii nonnulla ex aliis Autoribus addidiſſe, nempe traditionem Talmudicam de tredecim mutationibus, a LXX. Interpretibus in Bibliorum translationem illatis, qvarum nulla mentio extet in editione Conſtantinopolitana, a qua compendium hoc etiam in eo diſcrepat, qvod ſolam Legem a LXX. Interpretibus translatam aſſerat, cum in Conſtantinopolitana editione viginti qvatuor libri translati aſſerantur. Poſt Wormatienſem editionem Munſterus iterum aliam Baſileæ anno M DXLI. vulgavit, qvæ, ut Morinus indicat, a Conſtantinopolitana nihil differt, niſi qvod plus media parte mutilata eſt. Deſunt enim in Munſteriana editione priora duo capita cum tertii capitis non mediocri parte, & cum Conſtantinopolitana editio 97. capitibus conſtet, Munſteriana in capite 63. finitur, adeoqve totam hiſtoriam rebellionis Iudæorum adverſus Romanos, natumqve inde urbis & templi excidium omittit, ut cœteras mediorum capitum mutilationes taceam, in qvibus ut membra divulſa melius cohærerent, Munſterus nonnulla verba ſeu periodos textui aſſuit. Et poſtremam qvidem partem, qvæ de bello Iudaico agit, in Munſteri manuſcripto plane defuiſſe ſuſpicatur Morinus, cum nobilem iſtam Ioſippi partem omiſſurus non fuiſſet, niſi lacerum & extrema ſui parte mancum exemplar habuiſſet. Verum ſi Morinus Munſterianæ editionis titulum inſpexiſſet, legere ibi potuiſſet, Munſterum

(88.) Exercit. bibl. lib. 2. Exerc. 1, c. 3.

sterum etiam historiam belli Judaici & excidii Hierosolymitani Hebraice a Josippo scriptam habuisse, quippe quam se alio tempore adjecturum lectoribus promittit. Wormatiensi editioni respondet ea, quam Basileæ anno MDLIX. Sebastianus Lepusculus procuravit. Nam & illa compendium tantum continet à Judæo qvodam ex variis Autoribus, sed maxime e Josepho Gorionide conflatum & a Munstero latine redditum. Constantinopolitanæ autem editioni conformis est Veneta, quam cum mutilata Munsteri editione comparans Scaliger observat Munsterianam a folio Venetæ septimo incipere, & in folio nonagesimo secundo desinere, postremis sexaginta tribus foliis plane omissis (89.) Integram Constantinopolitanam sequuntur etiam Cracovienses, & qvæ superiore anno prodiit Francofurdiensis, quibus etiam Germanicam typis Hebraicis Tiguri anno MDXLVI. impressam, quæ postea Amstelodami anno MDC LXI. cum commentario ejusdem lingvæ prodiit, addere licebit. Qvamvis autem Munsterus Josephum Gorionis filium cum Flavio nostro Josepho eundem fuisse contendat, & ipse quoque Gorionides Josephi nostri personam subinde mentiatur, & se bello Judaico interfuisse simulet, & se a Vespasiano captum, & postea libertate donatum & honorifice habitum referat, aliaqve, qvæ vero Josepho contigerunt, sibi tribuat, Critici tamen nares aliter leones aliter catulos olere pridem senserunt. Noster certe Josephus, quoties Parentis sui meminit, ubiqve Matathiæ nusqvam Gorionis Filium se nominat, nec probabile est Munsteri inventum, qvod hic Josephus & Gorionis & Matathiæ Filius dici potuerit, cum Gorionem Patrem agnoverit, Matathiam autem inter majores habuerit. Qvin imo Josephus noster in historia belli Iudaici (90) a Josepho Gorionis Filio aperte se distinguit. Hebraicus autem ille Josephus seu Josippus neque pro Flavio nostro Josepho, cujus larvam in scripto suo sæpius induit, neqve pro Josepho Gorionis Filio Jose-

(b.) elench. trihæres. c. 4. (90.) libr. 2. c. 42. in lat. 25.

phi noſtri coætaneo, a qvo & proprium & paternum nomen mutuatus eſt, haberi poteſt, cum ſe multis ſeculis utroqve juniorem abunde prodiderit, dum Hiſpanos ab Hannibale domitos, Gothorum, & Gallos a Cæſare ſubactos Francorum nomine deſignat, multaqve alia urbium, fluminum & gentium nomina uſurpat, qvæ ævum a Ioſephi ætate remotiſſimum indicant. Præterea etiam Joſephi gravitate plane indignæ ſunt ineptiſſimæ & ridiculæ, qvas paſſim nectit, fabulæ, qvalis eſt illa de fundo Tiberis, qvem a Romanis, cum Hieroſolymam a Nabuchodonoſore obſeſſam cognoviſſent, ære ſtratum narrat, ut cæteras mittamus, qvas non ab alio ad Gorionidæ textum aſſutas fuiſſe, omnimoda elegantis ſtyli cum Gorionidæ textu æqvalitas evincit. Similes igitur habent labra lactucas, cum Judæi qvidam hunc Joſephum Gorionis Filium ejusqve Hebraicam hiſtoriam magnis elogiis commendant. Virum ſapientia & prudentia inſignem, juſtumqve & rectum hunc Gorionis Filium Joſephum vocat R. David Ganz, (91.) eumqve ut fidelem Hiſtoricum deprædicat, cum ea, qvæ narrat, ipſe viderit, qvod teſtimonium ab Hebraico Joſippo, qvi Gorionis Filius audire voluit, tam alienum eſt, ut Joſephus de Voiſin in notis ad pugionem fidei (92.) ipſum Flavium noſtrum Joſephum a Ganzio hac laude condecoratum exiſtimaverit, & hoc Ganzii teſtimonium Abarbanelis contra Ioſephum noſtrum calumniis oppoſuerit. Majora ſunt, qvæ de Ioſepho Gorionis Filio & Hebraico ejus opere plenis buccis celebrat R. Abraham Conat (93.) Medicus Conſtantinopolitanus. Dicit enim Virum hunc divinum in libris edendis poſt Regem Salomonem felicis memoriæ omnes antecelluiſſe. Qvin etiam R. Tam in animadverſione, qvam Conſtantinopolitanæ Ioſippi editioni adjecit, affirmare non dubitat, omnia iſtius libri verba juſtitiam eſſe, & nullam perverſitatem in eo reperiri, & revera

(91.) in Zemach. David q. 95. (92.) part. 2. c. 3. p. 202. edit. Carpzovianæ. (93.) Conf. Munſteri præfat. ad Joſipp. Bahl. 1541.

vera manum Dei ſuper hunc Virum fuiſſe, dum hunc librum componeret, & paululum abeſſe, qvin verba ipſius ſint verba Viri Dei & Prophetæ. (94.) Forte adhuc majoribus elogiis Gorionidem hunc ſuum Judæi exornarent, niſi in hiſtoria Titi a Talmudicis traditionibus diſſenſiſſet. Cum enim Judæi Titum impium vocare ſoleant, & fabulentur, poſt excidium Hieroſolymitanum bibentis nares muſcam introiviſſe, & ipſum cerebrum penetraſſe, ibiqve in pulli columbæ magnitudinem excreviſſe, & pondere duas libras exæqvaſſe, ſeptemqve annis cerebrum ejus corroſiſſe & perfodiſſe, eaqve tandem educta & avolante etiam animam Titi avolaſſe, tantum abeſt, ut tribulibus ſuis Gorionides aſſentiatur, ut potius Titi ſapientiam & juſtitiam commendet, eumqvé a culpa vaſtatæ & perditæ Hieroſolymæ abſolvat, cum totum illud malum Hieroſolymæ ob prædones, qvi tum in populo Iſraëlitico fuerunt & propter eorum iniqvitatem contigerit, Titus autem qvicqvid in vaſtatione urbis fecit, preſſus & coactus fecerit.

Recte autem Serarius (95.) Gorionidem cum Flavio noſtro Joſepho comparans notavit, qvod Gorionides obſcurus, incognitus, illaudatusqve e tenebricoſis Judæorum antris non ita pridem proſerpſerit, cum contra Flavii noſtri Joſephi memoria tam illuſtris per plurima ſecula fuerit, ut neminem vel mediocri literarum cognitione tinctum ea fugere potuerit. Qvamvis enim ejus ſcripta apud Judæos in nullo pretio fuerint, qvos ignaviæ in excolendo lingvarum ſtudio & colligendo doctrinæ apparatu ipſe Joſephus (96.) arguit, Gentiles tamen pariter & Chriſtiani Joſephum, licet Judæum, ejusqve opera magni æſtimarunt. Certe Joſephi teſtimoniis paſſim utuntur, & hoc ipſo ſe in Joſephi lectione probe verſatos indicant celeberrimi Scriptores, Juſtinus Martyr, Clemens Alexandrinus, Origenes, Porphyrius, Euſebius, Hieronymus, Theodoretus, Stephanus Byzantius, & alii, qvos omnes nominare Fragmenta Joſephi

(94) Conf. Morinus l. 6. (95.) triharef. libr. 1. c. 9. (96.) libr. 20. Antiqvit. cap. ult.

nimis longum foret. Fatendum tamen in his esse qvædam, qvæ in hodiernis Josephi editionibus non comparent. Eusebius enim de Jacobo Justo agens (97.) refert Josephum causam excidii Hierosolymitani & calamitatum, qvæ Judæis acciderunt, Jacobi hujus supplicio his verbis imputasse: Ταῦτα δ' συμβέβηκεν Ἰουδαίοις, καθ' ὁσότητον τοῦ Ἰακώβου τοῦ δικαίου, ὃς ἦν ἀδελφὸς Ἰησοῦ τοῦ λεγομένου Χριστοῦ, ἐπειδήπερ δικαιότατον αὐτὸν ὄντα οἱ Ἰουδαῖοι ἀπέκτειναν, qvæ verba Rufinus ita interpretatur: qvæ omnia acciderunt Judæis pro vindicta Jacobi Justi, qvi erat frater Jesu, qvi dicitur Justus, qvem justissimum & piissimum omnium confessione Virum Judæi interfecerunt. Et hæc Josephum tradidisse asserunt etiam Origenes (98.) Hieronymus (99.) & alii, cum tamen id apud Josephum hodie non legatur. Etsi enim Josephus referat, (100.) qvod Ananus Pontifex Secta Sadducæus, homo audax & ingenio ferox post mortem Festi Præsidis, & cum Albinus Festi Successor adhuc in itinere ageret, oportuno hoc, qvod ipsi videbatur, tempore concilium convocaverit, & Iacobum Fratrem Iesu, qvi Christus dicebatur, tanqvam impietatis reum una cum qvibusdam aliis lapidandum tradiderit, idqve factum omnibus bonis, qvotqvot in civitate agerent, vehementer displicuerit, nusqvam tamen expresse dicit, qvod Deus Iacobi hujus supplicium Hierosolymitanæ urbis eversione vindicaverit, ideoqve hunc locum Spencerus (1.) librariorum incuriæ periisse suspicatur. Fieri tamen etiam potuit, ut eum, qvi primus hac in causa Josephum testem appellavit, memoria falleret, cujus oscitantia postea & alios oscitantes fecit. Non legitur etiam hodie in Josepho, qvod Iohannes Baptista vere Propheta fuerit, qvanqvam Hieronymus (2.) id a Josepho traditum affirmet. Id tantum Josephus asserit, (3.) apud Iudæos constantem opinionem fuisse, qvod justa Numinis

(97.) lib. 2. histor. eccles. c. 23. (98.) libr. 1. contr. Cels. p. 35. & libr. 2. p. 69. item in comment. ad Matth. c. 13. p. 223. edit. Huet. (99.) in Catal. Scriptor. c. 2. & 13. (100.) libr. 20. Antiqv. c. 8. p. 698. (1.) not. ad Orig. contr. Cels. p. 31. (2.) Catalog. c. 13. (3.) Antiqv. libr. 18. c. 7. p. 626.

nis ultione propter Iohannem Baptiſtam Herodis exercitus deletus fuerit. Cum enim, ut Ioſephus addit, vir optimus Iudæos ad pietatis & juſtitiæ ſtudium incitaret, ſimulqve ad baptiſmi lavacrum invitaret, qvod ita demum Deo fore gratum ajebat, ſi animis per juſtitiam prius mundatis & puritatem corporis adderent, veritus Herodes, ne tanta hominis autoritas defectionem aliqvam pararet, ſiquidem plebe doctrinæ hujus avida magni concurſus ad Iohannem fiebant, & populus ejus conſiliis nihil non facturus videbatur, apprehendi illum vinctumque Macheruntem mitti, atque illic occidi imperabat. Porro apud Suidam [4.] longa fabula de Ieſu in locum Sacerdotis cujusdam Iudaici defuncti ſurrogato recenſetur, in qva refertur, Ioſephum in ſuis de Hieroſolymitano excidio commentariis dicere, ὅτι Ἰησοῦς ἐν τῷ ἱερῷ μετὰ τῶν ἱερέων ἠγιάζε, ſeu qvod Ieſus in templo cum Sacerdotibus ſacra fecerit. Et hæc verba a Iudæis ex Ioſepho expuncta putat Huetius, [5.] ego vero hæc verba Iolepho potius afficta exiſtimaverim, qvod eadem facilitate me probaturum confido, qvam qvod hic locus a Iudæis eraſus fuerit. Aliud fragmentum Ioſephi ab Euſtathio Antiocheno ſervatum cenſet Iſaacus Voſſius [6.] qvod ita ſe habet: ἀπῳκίσθαι δὲ [ſermo eſt de Harane Abrahami fratre] ἐν τῷ ἐμπυρισμῷ, ᾧ ἐνεπύρισεν Ἀβραὰμ τὰ εἴδωλα τοῦ πατρὸς αὐτῷ ἐν τῷ εἰσελθεῖν ἐξελέσθαι αὐτά [7.] Leo Allatius, qvi Euſtathii Antiocheni commentarium in Hexaemeron, ex qvo hæc verba deprompta ſunt, publici juris fecit, Latine ita reddidit: decesſit [Haran] in incendio, qvo Abraham idola Patris ſui conflagravit, [rectius incendit, vel conflagrare fecit] dum illis ut ſubveniret domum eſt ingreſſus. Eqvidem Euſtathius in iſto loco Ioſephi mentionem non facit. Non dubitat tamen Voſſius, qvin hæc verba Euſtathius ex Ioſepho deprompſerit, cum Georgius Syncellus eandem hiſtoriam

(4.) Tom. I. voce Ἰησοῦς p. 1231. (5.) demonſtrat. evangel. p. 27. (6.) de 70. Interpret. c. 12.
(7.) Euſtath. in comment. ad Hexaemeron. p. 57.

referens Ioſephum teſtem appellaverit. Et prius qvidem verum eſt. Syncellus enim in chronographia ſua [8.] itidem refert, Haranum, cum Abrahamo idolis ignem injeciſſet, ea flammis eripere conatum, incendio extinctum. Verum an Ioſephum ejus rei teſtem citaverit, haud immerito dubitari poteſt. Id enim tantum Syncellus ex Ioſepho ſe mutuari ſcribit, qvod Abrahamus omni ſtudio anniſus fuerit, ut Patrem ſuum a fingendis & colendis idolis averteret. Nihilominus tamen Voſſii ſententia ex eo probabilis videtur, qvod verba qvæ apud Euſtathium de ſepulchro Harani ejusqve liberis proxime præcedunt, eadem ferme ſint, qvæ apud Joſephum in Antiqvitatibus leguntur, (9.) ex qvo colligere licet, Euſtathium ea qvoqve, qvæ de Harani combuſtione narrat, e Joſepho hauſiſſe, qvamvis nec Euſtathius Joſephum nominet, neqve verba illa apud Joſephum hodie legantur. Idem Voſſius (10.) aliud Joſephi fragmentum, qvod in ejus operibus hodie deſideratur, ex Græcorum Patrum catenis adducit, nempe tale: ἄτοπον εἶναι λογισάμενον μεθύοντα λαὸν καὶ θρησκεύοντα νομοθεσίαν Θεοῦ δέχεσθαι. Et forte plura hujusmodi inveniet, cui Græcorum Patrum catenas pervolvere vacabit.

Joſephi de Chriſto teſtimonium.

Mirabitur vero forte qvispiam, qvis Joſepho inter Græcos Patres locus, & ipſe Joſephus mirari poſſit, qvod Se qvoqve Principibus permiſtum agnoſcat Achivis. Sunt enim variæ Græcorum Patrum catenæ, in qvibus Joſephi nomen Græcis Patribus intermiſtum legitur, qvales ſunt catenæ in Geneſin & Lucam, qvas Lambecius in ſuis de Vindobonenſi Bibliotheca commentariis recenſet, (11.) ut alias ſive manuſcriptas ſive editas omittam. Sed qvid mirum, in catenis Patrum legi, qvem in Catalogo ſuo inter eccleſiaſticos ſcriptores retulit Hieronymus, & cujus aliqvam partem Sebaſtianus Caſtalion ipſis Bibliis adjunxit? Enimvero argumentum, qvod Joſephus in ſuis antiqvitatibus tractavit, hanc gratiam apud Chriſtianos facile conciliare ipſi potuit. Acceſſit honorificum de Chriſto teſtimonium,

(8.) pag. 75. & iterum p. 98. (9.) libr. 1. c. 7. (10.) de 70. Interpret. p. 46. (11.) tom. 3. cod. 4. & 42.

monium, qvod in ejus Antiqvitatibus legitur (12.) qvam qvam adhuc ſub judice lis eſt, ſitne illud Ioſephi de Chriſto teſtimonium genuinum, an Ioſepho pia fraude ſuppoſitum, vel ſaltem interpolatum. Ruperti, Snellii, Reineſii, Majoris, Menaſſis, Gronovii, Blondelli, Wheloci, Lanſii, Urſini, Wagenſeilii, Bœcleri, Bangii, Fabri, & ſuas ipſius de hoc argumento epiſtolas collegit, & ſimul varia Veterum & Recentiorum de hoc teſtimonio judicia ex eorum ſcriptis excerpſit & Norimbergæ anno MDCLXI. ſub titulo teſtimonii Flaviani vulgavit Chriſtophorus Arnoldus. Præterea peculiaribus diſſertationibus hoc argumentum ventilarunt Boſius, Spanhemius, & Franciſcus de Roye. De eodem ſatis prolixe agunt Huetius (13.) Lambecius (14.) Natalis Alexander, (15.) Iſaacus Voſſius (16.) & alii. Et fatendum qvidem eſt hoc Ioſephi teſtimonium non ſolum in editis & ſcriptis Ioſephi codicibus conſtanter legi, verum etiam ab Euſebio tam in hiſtoria eccleſiaſtica qvam in demonſtratione evangelica Ioſepho tribui. [17.] Poſt Euſebium ejusdem teſtimonii fidem confirmant e Græcis Iſidorus Peluſiota [18.] Sozomenus [19.] Sophronius, qvi Hieronymi catalogum Græco ſtylo reddidit, [20.] Cedrenus, [21.] Suidas, [22.] Zonaras, [23.] Glycas, [24.] Nicephorus, [25.] e Latinis Hegeſippus, [26.] Hieronymus, [27.] ut Rufinum Euſebii interpretem, & plures ſeqventium ſeculorum ſcriptores, qvorum ſuffragia ad rerum ſummam parum conferunt, ſilentio prætermittam. At, ſi vere iſta Ioſephus ſcripſit, mirari ſatis neqveo, qvod antiqvi eccleſiæ Doctores, qvi ex inſtituto Iudæos impugnarunt, telo hoc contra Iudæos uſi non fuerint. Non incognita erant Ioſephi ſcripta Iuſtino Martyri, qvippe qvi in paræneſi ad Græcos Ioſephi Antiqvitates egregie commendat. [28.] Qvid ergo

(12.) libr. 18. antiqvit. c. 4. p. 628. (13.) demonſtrat. Evangel. p. 27. (14.) tom. VIII. bibliothec. Vindobon. p. 5. & ſeqv. (15.) hiſtor. eccl. Vet. Teſtam. tom. 6. diſſert. 10. (16.) de 70. Interpr. p. 161. (17.) H. E. lib. 1. c. 11. demonſtrat. lib. 3. c. 5. (18.) libr. 4. epiſt. 225. (19.) libr. 1. c. 1. (20.) tom. 1. Hieronym. edit. Baſil. fol. 123. & 124. (21.) Compend. hiſtor. tom. 1. p. 196. (22.) lexic. tom. 1. p. 1265. (23.) libr. 3. annal. c. 4. tom. 1. edit. ultim. p. 267. (24.) annal. part. 3. p. 234. (25.) libr. 4. c. 39. (26.) libr. 2. de excid. Hieroſol. c. 12. (27.) Catalog. c. 13. (28.) p. 10.

go oportunius fuiſſet, qvam Tryphoni Iudæo Ioſephum opponere, ſi Juſtini ævo illud de Chriſto teſtimonium in Joſephi Antiqvitatibus lectum fuiſſet? Tertullianus qvoqve, qvi Joſephum Antiqvitatum Judaicarum vernaculum vindicem appellat, (29.) etſi peculiari opere contra Judæos diſputet, Joſephi tamen de Chriſto teſtimonium omittit, qvod ſane fieri vix potuiſſet, ſi Tertulliani ætate cognitum fuiſſet. Chryſoſtomus in orationibus adverſus Judæos (30.) Joſephum μάρτυρα μάλιστα ἀξιόπιστον appellat, & quid de Daniele ſcripſerit, allegat. Qvi fieri potuit, ut non etiam, qvæ de Chriſto Joſephus ſcripſit, allegaret? Mitto jam alios, qui contra Judæos ſcripſerunt, & ad Photium Patriarcham Conſtantinopolitanum venio. Is duabus vicibus in ſua bibliotheca de Joſephi antiqvitatibus agit, ſemel codice ſeptuageſimo ſexto, & iterum codice ducenteſimo trigeſimo octavo. Sed neutrobi ἀξιομνημόνευτον illud de Chriſto teſtimonium excerpit. Equidem Aubertus Miræus in notis ad Hieronymi catalogum Scriptorum eccleſiaſticorum (31.) periocham illam de Chriſto, qvæ apud Joſephum extat, a Photio memorari ſcribit. Verum memoria hic eum fefellit. Seductus tamen, ut puto, a Miræo Lambecius in epiſtola ad Principem Auguſtum inter eos, qui Joſephi de Chriſto teſtimonium pro genuino agnoverunt, etiam Photium numerat. (32.) De qvo errore forte monitus, tantum abeſt, ut eum retractaverit, ut potius in commentariis ad bibliothecam Vindobonenſem (33.) probare conetur, Photium ſaltem obſcuram hujus teſtimonii mentionem feciſſe. Sic enim procedit: Photius in recenſione operis alicujus, qvod περὶ παντὸς ſeu de univerſo inſcriptum fuit, monet, (34.) opus illud a nonnullis Joſepho attributum, ſed rectius Cajo ſeu Gajo Romanæ eccleſiæ Presbytero tribuendum eſſe, cum in eo opere Salvator noſter Chriſtus appelletur, & inenarrabilis ejus e Patre generatio accurate deſcribatur. Cum autem poſtea in recenſendis Joſephi antiquitatibus, Jeſum a Joſepho Chriſtum appel-

(29.) in apologet. c. 19. (30.) orat. 3. adv. Judæos p. 114. edit. Hæſchel. (31.) cap. 13. p. 7. (32.) pag. 4. (33.) tom. 8. pag. 14. (34.) codix. 48.

appellari animadverteret, ne ſibi contradicere cogeretur, totam Ioſephi periocham excerpere noluit, ſed tantum paſſionis Chriſti mentionem fecit his verbis: κατὰ τοῦτον καὶ τὸ ΣΩΤΗΡΙΟΝ ἐγεγόνει ΠΑΘΟΣ, ſub hoc [nempe Herode, Tetrarcha Galilææ & Perææ] etiam Salvatoris contigit paſſio. Qvibus verbis ad Ioſephi periocham de Chriſto alludiſtatuit, cum Ioſephus paſſionis Dominicæ nullibi niſi in decantatiſſimo illo teſtimonio meminerit. Verum Lambecius magno conatu magnas nugas agit. Verba enim illa de Domini paſſione Photii ſunt, non Ioſephi, ſiqvidem Photius ea, qvæ ex Ioſepho excerpit, ſuis diſcurſibus illuſtrat, & occaſione Herodis Tetrarchæ obiter addit, qvod Chriſtus ſub iſto Herode paſſus fuerit, quorſum etiam ſpectant, qvæ occaſione Herodis Magni de Chriſti Nativitate, & infanticidio Bethlehemitico, & occaſione Agrippæ de Iacobi majoris ſupplicio & Petri captivitate diſſerit, qvæ ſane Photius ex Ioſepho non excerpſit. Certum igitur eſt, altum eſſe de Periocha Ioſephi, quæ Chriſti vitam breviter exponit, in Photii bibliotheca ſilentium, ſive in Photiano exemplari plane defuerit, ſive eam pro adulterina habuerit. Sane librum περὶ παντὸς etiam hanc ob cauſam Ioſepho abjudicat, qvod Ieſus in eo Chriſtus appelletur. Atqvi in teſtimonio, qvo Joſephus Chriſtum prædicaſſe perhibetur, expreſſe legitur: ὁ χειστὸς οὗτος ἦν. Accedit quod Photius in codice 33. ubi de Juſto Tiberienſi agit, hoc commune Judæorum vitium eſſe ſcribit, qvod de Chriſti adventu & miraculis ſileant: Si igitur Photius in Joſepho tam illuſtre Chriſti elogium, qvale hodie legitur, inveniſſet, & pro genuino habuiſſet, dubio procul illud tanqvam aliquid ſingulare, & a communi Judæorum more prorſus alienum obſervaſſet. Ne qvis autem Euſebium ut antiqviorem Photio præferendum exiſtimet, ſuppetiari Photio poteſt Origenes Euſebio antiquior. Is enim clare teſtatur, qvod Joſephus Jeſum pro Chriſto non habuerit. (35.) Si Jeſum pro Chriſto non habuit Joſephus, qvomodo in Antiqvitatibus dicere de Jeſu potuit: χειστὸς ὅ-

τος

(35.) libr. 1. contr. Celſ. & in Matth. p. 223.

τος ἦν. Excipit Vossius, (36.) Origenis verba ita explicari posse, qvod Josephus qvidem crediderit, Jesum fuisse Christum seu Messiam, sed hominem tamen, aut excellentioris naturæ, qvam sit humana, non divinæ. Et hanc sententiam Apostolorum ævo apud Ebionitas & Nazaræos viguisse, qvin etiam Christo etiamnum in terris versante apud multos obtinuisse tradit. Verum Origenes expresse negat, qvod Josephus Jesum pro Messia agnoverit, & ex ipso Josepho constat, qvod Prophetarum de Messia oracula in Vespasiano impleta professus fuerit. Porro si qvis objiciat, Josephum de Præcursore Christi Johanne Baptista, & de discipulo Christi Jacobo nonnulla protulisse, ideoqve boni Historici partes implere non potuisse, si de Christo ipso plane siluerit: libenter concedam, Josephum de Christo non plane siluisse, qvin & hoc concedam, qvod Josephus de Iesu verba faciens a laudibus ejus non abstinuerit. Neqve enim ex inveterato Iudæorum, qvi hodie vivunt, erga Christum odio de illorum moribus judicandum est, qvibus miracula per Apostolos in Christi nomine qvotidie facta sacrum qvendam horrorem incusserunt. Et qvamvis probari non possit, Josephum in aula Vespasiani ex conversatione cum T. Flavio Clemente, qvi postea sub Domitiano ob fidem Christianam interfectus est, & cum Flavia Domitilla ob eandem causam in exilium missa, bonam de Cristo opinionem imbibisse, qvæ Ruperti (37.) conjectura fuit, aut qvod Banus Josephi Præceptor Essenorum sectæ addictus Iohannis Baptistæ sectator fuerit, adeoque de Christo inique sentire non potuerit, ut Vossius arbitratur, qui & ipsum Iohannem Baptistam Essenum fuisse ex cibi & vestitus simplicitate, baptismo, & reliquarum sectarum Iudaicarum odio colligit: (38.) ex iis tamen, quæ de Iohanne Baptista & Iacobo Josephus retulit, satis, ut opinor, probari potest, falsam esse illorum sententiam, qui Josephum de Christo contumeliose in suis Antiqvitatibus locutum, & istarum blasphemiarum vice a Christiano qvo-

(36.) de 70. Interpret. p. 164. (37.) epistol. ad Snell. (38.) de 70. Interpret. c. 17. p. 168.

qvopiam insigne hoc Christi elogium substitutum statuunt. Certum qvidem est Pharisæos, quorum placitis se addictum Josephus in vita sua profitetur, plerosqve magno Christi odio flagrasse, at fuerunt etiam inter Pharisæos ab immani illo adversus Christum odio alieni, neqve sic Pharisæis addictus fuit Josephus, ut non subinde eorum mores & facta perstrinxerit. Qvocirca nihil obstat, qvo minus Josephum honorifico aliqvo præconio Christi nomen condecorasse dicamus. Tale tamen illud fuisse minime dubito, qvale decebat hominem Judæum, & qvi τὸ χρισιανὸν κήρυγμα Theodoreto (39.) teste non amplecteretur. At qvæ hodie apud Josephum de Christo leguntur, ita comparata sunt, ut Christiano magis homini qvam Judæo conveniant, unde & Sozomenus (40.) ex illis concludebat, Josephum isto scribentem propemodum clamare, Christum Deum esse. Videns hanc difficultatem Lambecius (41.) in defendenda hac Josephi periocha longe alia via incedit, qvam cæteri qvi hoc Josephi testimonium ut genuinum tuentur. Omnia enim Josephi verba in siniſtram partem interpretatur, qvasi non ad Christi elogium, sed potius ad ejusdem vituperium & contemtum spectarent, etsi a Josepho, ut neqve Judæos neqve Christianos neqve Gentiles offenderet, ambiguis phrasibus concepta fuerint. Imprimis autem ea via Josephum solerter usum dicit, ut nihil suis verbis de Christo scribat, sed tantum propriam Christianorum traditionem ex trium Evangelistarum scriptis (Johannes enim Evangelium suum nondum ediderat) & Actis Apostolicis hausiam referat, sed ita tamen, ut phrases, qvas adhibet, ad irrisionem Christianæ fidei torqveri possint. Cum ergo Josephus Jesum Virum sapientem dicit, respicere putat Lambecius Josephum ad loca Math. XIII. 54. & Marc. VI, 2. & tamen ambiguo sensu Christum σοφὸν ἄνδρα appellare, cum vox sapientiæ nonnunqvam etiam in malam partem usurpetur. Deinde cum Io-

e sephus

(39.) Commentar. in Danielem Tom. II. Opp. p. 697. (40.) libr. 1. c. 1. (41.) tom. 8. Bibl. Vindob. p. 22.

ſephus titulum Viri ſapientis ita reſtringit, aut corrigit, εἴγε ἄνδρα αὐτὸν λέγειν χρή, ſi modo Virum eum appellare oportet, Lambecius non eam Joſephi mentem fuiſſe putat, qvaſi Chriſtus Deus potius qvam Vir vel Homo dicendus fuerit, qva ratione Apollo Pythius apud Herodotum per oraculi vocem Lycurgum compellavit: (42.)

Δίζω ἦ σε Θεὸν μαντεύομαι, ἠὲ καὶ ἄνδρα
Ἀλλ' ἔπι καὶ μᾶλλον Θεὸν ἔλπομαι ὦ Λυκόεργε:

qvem ſenſum a Joſephi mente alienum fuiſſe putat, cum Chriſtum ne Prophetam qvidem nedum Deum aut Dei Filium eſſe exiſtimaverit. Qvamobrem ſenſum Joſephi hunc potius fuiſſe exiſtimat: fuit hoc eodem tempore Jeſus ſapiens Vir, ſi modo Virum eum appellare oportet, & non potius phantaſma ſive ſpectrum, ſiqvidem ab ipſis diſcipulis ſuis propter φάσεις naturalem humanæ potentiæ modum excedentes pro tali fuit habitus. Cujus interpretationis rationem confirmat ex Matth. XIV, 26. Marc. VI, 49. Luc. XXIV, 37. Seqventia apud Joſephum verba: ἦν γὰρ θαυμάσιων ἔργων ποιητής, erat enim mirabilium operum patrator, alludere putat ad verba populi apud Lucam c. V. v. 26. dicentis: εἴδομεν παράδοξα σήμερον. Veretur autem Lambecius, ne hic etiam angvis in herba lateat, & Joſephus forte per ἔργα παράδοξα ἔργα ἄπιστα ſeu incredibilia intellexerit. Porro cum Joſephus Chriſtum fuiſſe dicit διδάσκαλον ἀνθρώπων τῶν σὺν ἡδονῇ τ' ἀληθῆ δεχομένων ſeu Doctorem hominum cum voluptate vera ſuſcipientium, his verbis Chriſtum a Joſepho perſtringi cenſet ut Magiſtrum piſcatorum, publicanorum, muliercularum aliorumqve rudium hominum qvævis paradoxa dogmata ſimplici credulitate ſuſcipientium, & cum voluptate tanqvam vera amplectentium. Pro qva interpretatione illuſtranda Ciceronem adducit (43.) qvi aſſerit, fictas qvoqve fabulas, e qvibus utilitas nulla dari poteſt, cum voluptate legi. Seqvitur apud Joſephum:

(42.) libr. 1. c. 66. (43.) libr. 5. de finib.

phum: Καὶ πολλὺς Ἰουδαίους πολλοὺς δὲ καὶ ἑλληνικοὺς ἐπηγάγετο, qvæ verba Lambecius sic interpretatur: & multos qvidem Judæos multos autem & gentiles sequaces nactus est, nempe Judæos, ut τῇ διαφορᾷ adjungit, per prædicationem Evangelii, Gentiles autem, qvorum nomine hic etiam Samaritani comprehenduntur, partim sola curiositate propter famam miraculorum, partim & necessitate propter indigentiam auxilii ultro se offerentes. Qvod autem Josephus addit: ὁ Χριστὸς οὗτος ἦν CHRISTUS HIC ERAT, a Lambecio sic explicatur, qvasi sensus Josephi fuerit, hunc Jesum ad aliorum, qvi nomen Jesu tanqvam apud Judæos admodum vulgare eodem tempore obtinebant, differentiam Christum vulgo cognominatum fuisse, qvoniam a discipulis & sectatoribus suis promissus Judæis Messias falso credebatur. Proxima Josephi verba ita se habent: καὶ αὐτὸν ἐνδείξει τῶν πρώτων ἀνδρῶν παρ' ἡμῖν σταυρῷ ἐπιτιμήσαντος Πιλάτου οὐκ ἐπαύσαντο οἱ τὸ πρῶτον αὐτὸν ἀγαπήσαντες, eumqve accusatum a primariis Viris nostris, cum cruci addixisset Pilatus, non tamen cesserunt, qvi ab initio eum audiverunt. Hic Lambecius Josephum respicere putat partim ad querelam duorum discipulorum Christi, qvi in itinere versus Emmauntem Christum a summis Sacerdotibus & Principibus populi ad supplicium crucis damnatum tristes referebant, partim ad Apostolos & reliqvos discipulos in monte oliveti Christum a mortuis excitatum interrogantes, an hoc tempore regnum Israëlis reparaturus, & solium Davidis recuperaturus esset? Cum autem Josephus ait: οὐκ ἐπαύσαντο οἱ τὸ πρῶτον αὐτὸν ἀγαπήσαντες, idem exprimi putat, qvod in Actis Apostolorum legitur c. V, 40. πᾶσαν ἡμέραν ἐν τῷ ἱερῷ καὶ κατ' οἶκον οὐκ ἐπαύοντο διδάσκοντες καὶ εὐαγγελιζόμενοι Ἰησοῦν τὸν Χριστόν. Etsi autem verba Josephi bene se habeant, pessimos tamen sensus in illis latere suspicatur. Putat enim Josephum salutiferæ Christi crucifixioni insultare

voluisse, qvasi ea Personæ ac titulo Messiæ, qvi collapsum Israëlis regnum restituere debuisset, minime convenerit, simul & discipulos Christi deridere voluisse, qvod, licet Christum a Pilato crucifixum viderint, nihilominus tamen post mortem tam ignominiosam eum ut Messiam venerari non cessaverint. Observat etiam Josephum aperte hic Judæum se profiteri, cum eos, qvi Christum apud Pilatum accusarunt τὰς πρώτας παρ' ἡμῖν appellat, & simul callide anniti, ut præcipuam crucifixionis invidiam a Judæis amovens in Pilatum & Romanos transferat. Pergit Josephus: ἐφάνη γὰρ αὐτοῖς τρίτην ἔχων ἡμέραν πάλιν τῶν θείων προφητῶν ταῦτά τε καὶ ἄλλα μύρια περὶ αὐτοῦ θαυμάσια εἰρηκότων, apparuit enim iis tertia die iterum vivus, prout divini Prophetæ & hæc & alia multa de ipso miranda prædixerant. Hæc verba Lambecius deprompta a Josepho esse putat ex Marc. XVI, 9. Luc. XXIV, 25. 26. 27. & aliis dictis Evangelicis & Apostolicis, in qvibus Christi resurrectio, & resurgentis apparitiones referuntur, ejusqve gesta Prophetarum oraculorum collatione confirmantur. Minime tamen Josephi verba ita accipienda esse notat, qvasi ipse vel Christi resurrectionem veram esse vel oracula Prophetarum ad eundem pertinuisse crediderit, cum potius hæc tantum ex Christianorum sententia retulerit, iisqve traditionis suæ probandæ onus reliqverit, lectoribus autem suis in utramqve partem judicandi libertatem concesserit. Idqve ex eo confirmat, qvod Josephus non simpliciter dicat: ἐφάνη πάλιν ζῶν sed ἐφάνη αὐτοῖς, qvasi dixerit: illi vivum apparuisse dicunt, fides sit penes Autores. Tandem Josephus & hoc addit: εἰς τε νῦν τῶν Χριστιανῶν ἀπὸ τοῦδε ὠνομασμένων οὐκ ἐπέλιπε τὸ φῦλον & nunc etiam Christianorum ab hoc denominatorũ non defecit genus. His verbis Lambecius Josephum non modo se Christianorum numero eximere ait, sed etiam mirari, qvod eo tempore, qvo hæc scripsit,

scripsit, ullus adhuc Christianorum superfuerit, cum præsertim persecutio, qvam sub Nerone Christiani passi sunt, tam gravis fuerit, ut totum Christianorum genus ea extingvi posse videretur. Hæc paulo prolixius ex Lambecio excerpere haud gravatus sum, cum isti de bibliotheca Vindobonensi commentarii in paucorum manibus versentur, & ab aliis, qvi de hac Josephi periocha scripserunt, hactenus nondum, qvod sciam, ad examen revocata fuerint. Videntur autem mihi Lambecii interpretationes nimis longe petitæ, & tam coactæ, ut longe satius videatur, locum hunc Josephi ut spurium plane rejicere, vel saltem interpolatum agnoscere, qvam hoc modo ut genuinum defendere. Qvis enim temere præsumat, Josephum, cum Jesum sapientem Virum appellat, hoc titulo in siniſtram partem uti? Christum semel iterumqve a discipulis pro spectro habitum fuisse verum est, sed qvod Josepho hæc in mentem venerint, cum scriberet, ἄγε ἄνδρα αὐτὸν λέγειν χρή, persuadere mihi non possum. Et qvalis foret hæc consequentia, Christus non tam homo qvam φάντασμα potius seu spectrum fuit. Multa enim miracula patravit? Rectius hæc Josephi verba Huetius interpretatur, cum illa παρὰ χρῆμα & oratorio more a Josepho dicta asserit, ut prodigiorum a Jesu patratorum & beneficiorum in homines collatorum magnitudinem extolleret, ac si dixisset: tanta Christus gessit, ut Deo qvam hominibus propior videretur. Cujus explicationis illustrandæ gratia Matthiæ Corvini Pannoniæ Regis epitaphium adducit:

Corvini brevis hæc urna est, qvem magna fatentur
Facta fuisse Deum, fata fuisse hominem.

Notamus vero & hoc, in manuscriptis exemplaribus antiqvæ versionis, qvæ Rufino tribuitur, verba hæc: ἄγε ἄνδρα αὐτὸν λέγειν χρή plane non reddi, unde non injuria aliqvis suspicari possit, verba illa ab aliena manu accessisse. Sane in codice ante 8. secula exarato, qvi penes Vossium fuit, verba hæc latine expressa non erant, ut ipse attestatur. Porro longe aliud est libenter vera suscipere, qvod Christi discipulis

Josephus tribuit, aliud fabulas & qvævis absurda cum voluptate amplecti, qvæ Lambecii explicatio est. Cum autem Josephus ait: ὁ χριστὸς ἔτος ἦν, certum est, qvod Christi nomine Jesum Nazarenum non solum a Jesu Damnei Filio, vel a Jesu Gamalielis Filio & aliis qvi isto tempore hoc nomine gaudebant distinguere voluerit, sed Christi etiam nomine Messiam intelligat. Et cum Josephus quippe Judæus Jesum pro Messia agnoscere non potuerit, non possunt ejus verba aliter interpretari, qvi hoc de Christo testimonium revera a Josepho scriptum contendunt, qvam qvod hæc verba ellipsi vocis λεγόμενος laborent. At Josephus tali ellipsi uti non solebat. Nam Jacobum vocat fratrem Ἰησοῦ τοῦ λεγομένου Χριστοῦ (44.) qvemadmodum & Pilatus ad Iudæos dicebat: τίνα θέλετε ἀπολύσω ὑμῖν; Βαραββᾶν, ἢ Ἰησοῦν τὸν λεγόμενον Χριστόν; (45.) Malim igitur cum Montacutio (46.) statuere, verba ista ὁ Χριστὸς ἔτος ἦν glossema qvoddam esse & marginalem Christiani cujuspiam lectoris annotationem, Josephi textui postea a librariis insertam. Unde & a Cedreno hoc Josephi testimonium allegante omissa videas. Aut si Christi mentionem Josephus fecit, fortasse his verbis usus est: ὁ Χριστὸς ἔτος ἦναι ἐπιστεύετο. Sic enim Hieronymus videtur legisse, qvi Josephi verba ita exprimit: credebatur esse Christus. Præterea qvoqve non probabile videtur, qvod Josephus crucifixioni Christi insultare, aut Apostolorum fidem in crucifixum irridere voluerit. Qvomodo enim crucifixioni Christi insultare potuit, qvi statim addit eum a mortuis tertia die resurrexisse, qvemadmodum hæc & plura alia Prophetæ prædixerant. Qvæ verba ita sane a Josepho concepta sunt, ut non ex aliena, sed ex sua sententia loqvi videatur. Qvamobrem hæc etiam verba vel Josepho afficta, vel interpolata arbitramur. Postremo & hoc addit Lambecius, qvod Josephus historiam de Paulina qvam Decius Mundus Anubidis personam simulans in templo Isidis stupravit, testimonio suo de Christo non ali-

am

(44.) lib. 20. c. 8. (45.) Matth. XXVII, 17. (46.) in var. lect. ad Euseb. demonstrat. evangel. pag. 2.

am ob causam subjungat, qvam ut Christianorum fidem de Christi conceptione & nativitate tacite suggillaret. Et tamen hoc testimonium Iosephi de Christo summo jure in Iosephi operibus pro pretiosissima & vix æstimabili gemma haberi cupit, cum per illud Sacrorum Bibliorum Novi Testamenti veritas etiam hostili attestatione confirmetur. Si igitur Lambecius hoc Iosephi testimonium tanti æstimat, qvi tamen ex maligno animo & cum maximo Christianæ religionis ludibrio hæc a Iosepho dicta statuit, qvanti hoc testimonium æstimabunt, qvi insigne elogium his Iosephi verbis contineri, & Iosephum vel in confinio Christianæ lucis positum, vel ad confessionem veritatis singulari Dei virtute compulsum asserunt? Sane Abrahamus Whelocus in epistola ad Arnoldum [47.] totum potius Iosephum e medio & penitus emundo tollendum existimat, qvam ut illam nobilissimam de Christo periocham a Christiana ecclesia tolli patiamur.

Scriptorum Josephi utilitas & autovilas.

Verum cum illam Iosephi periocham adulterinam vel saltem interpolatam esse non levia prodant indicia, & neqve Christiani, qvorum fides certioribus fundamentis innititur, magnopere illo egeant, neqve Iudæi ejus autoritate moveantur, leve damnum erit, si gemma illa adulterina careamus. At Iosepho non æqve carere possumus. Nam non solum libros Veteris Testamenti, historicos egregie illustrat, sed etiam historiam ecclesiasticam Veteris testamenti, qvæ in Sacro Codice integra non extat, continuat, qvo nomine qvantum Josepho debeamus res ipsa clamat, cum e solo pæne Josepho historiam ecclesiasticam Veteris Testamenti qvoad ultimas ejus periodos haurire liceat. Et vel hoc unum pro Josephi commendatione sufficit, etsi longe plura, qvæ nobilissimo huic Scriptori insigne precium conciliant, afferre possem, nisi soli lumen inferre intempestivum foret. Pessime qvidem Historicum optime de posteritate meritum excepit Jacobus Salianus in annalibus ecclesiasticis Veteris

(47.) Conferatur testim. Flavian. p. 422.

Teſtamenti, cum per omnes iſtorum annalium tomos Ioſephi reprehenſio utramqve paginam faciat. Præiverat Saliano Baronius in annalibus eccleſiaſticis novi Teſtamenti, qvippe qvi nullam Joſephi carpendi occaſionem prætermittit. Neqve benignior erga Joſephum eſt Leonis Allatii affectus. Cum enim Scaliger in prolegomenis librorum de emendatione temporum Joſephum diligentiſſimum & φιλαληθέστατον Scriptorem nominaſſet, & poſtea ſubjunxiſſet: audacter dicimus, non ſolum in rebus Judaicis, ſed etiam in externis tutius illi credi, qvam omnib9 Græcis & Latinis, veriſſime qvidem id a Scaligero dictum cenſet Allatius, (48.) ſed eo tantum reſpectu, qvatenus id audacter ſe dicere pronunciat, cum extremæ audaciæ ſit, hominem denſiſſimis errorum tenebris involutum omnibus Græcis & Latinis Scriptoribus anteferre. Nolo alios recenſere, qvi Joſephum tanqvam Scriptorem futilem & nullius precii traducunt. At nec defuerunt, qvi Sanctorum Patrum veſtigiis inſiſtentes Joſephum fide dignum judicarunt, & maximum veritatis ſtudium in ejus operibus commendarunt. E qvibus Caſaubonus (49.) arbitratur, omnes Joſephi hallucinationes & ἀβλεψίας, ſi in unam ſummam contrahantur, vix centeſimam partem culparum ab Euſebio in chronicis aliisqve ſcriptis commiſſarum æqvaturas eſſe. Et, ut alios Joſephi vindices nunc omittam, nuperrime etiam Antonius Pagi Ord. Min. Convent. S. Franciſci paſſim (50.) Joſephum ab erroribus, qvorum a Baronio poſtulatus fuerat, abſolvit. Inter alia dicit, Joſephum cujus magna fides & eruditio in iis, qvæ narrat, eluceſcit, juſto inclementius a Baronio tractari, ejusqve diligentiam in notatione temporum ſpectatiſſimam in iis qvæ ſine ipſo Euſebius ignoraſſet, ex Euſebio corrigi non poſſe. Fatemur tamen, Joſephum ut hominem, & Judæum inſuper, multis erroribus obnoxium fuiſſe. Unum atqve alterum tantum notabimus. Libro 12. anti-

Joſephi errores & nævi.

(48.) not. ad Euſtath. p. 11. (49.) exercit. 12. ad Baron. p. 170. (50.) Conf. ejus Criticam ad annal. Baron. in apparat. n. 134. & 135. it. ad A. C. 14. n. 3.

antiqvitatum c. 13. Polybium reprehendit, qvod Antiochium Epiphanem ob ſacrilegii conatum periiſſe dicat, cum ſacrilegium voluiſſe non videatur res digna ſupplicio, niſi voluntas iſta perficiatur. Qvam ſententiam ne qvidem in ſoli foro ſimpliciter tolerari poſſe Rainoldus (51.) animadvertit. Qvamvis enim ob peccata cogitationis neminem pœnam pati Ulpianus pronuntiet, conatus tamen alicujus ſceleris etiam humano judicio vindicatur. Qvanto minus ergo conatus ſacrilegii coram divino tribunali impunis erit? unde hac in parte etiam gentiles qvosdam plus vidiſſe qvam Joſephum, & alios Judæos Chriſto coævos, Ludovicus Ferrandus (52.) obſervavit. Nimirum Joſephus, ut Cunæi judicium repetamus (53.) Autor omni laude dignus, & cui poſt ſacrorum voluminum Scriptores prima eſſe debet fides, etſi gravitate ſuper cunctos Judæos eminet, tamen haud ubiqve a deliramentis abhorret popularium ſuorum. Adducit Cunæus ejus rei ſpecimen ex hiſtoria Caini, in qvo Joſephus agriculturæ ſtudium, tanqvam ex lucri odore profectum & cum magna terræ injuria conjunctum damnat, unde etiam ejus muneribus per ſacrificium oblatis Deum delectari non potuiſſe ſcribit, cum non ſponte nata ſed labore hominis avari veluti pervim producta fuerint. In qva ſententia Joſephum rationem fugiſſe etiam Bœclerus notavit, (54.) qvi præterea Joſephum in hiſtoria creationis & lapſus ſæpius impegiſſe & Moſis verba ob πάλυμα ἰουδαϊκὸν oculis incumbens minus intellecta ad ſeqviores interpretationes deflexiſſe demonſtravit. Porro ad errores Joſephi referenda ſunt, qvæ de arte Dæmones virtute radicis annulo incluſæ per nares extrahendi, & ab obſeſſis profligandi tanqvam ſingulari ſapientiſſimi Regis Salomonis in vento libr. 8. Antiqvit. c. 2. retulit. Radicem autem illam dum alibi deſcribit, (55.) aliam etiam errorem addit, cum ait, Dæmonia eſſe hominum impiorum ſpiritus, qvos vivis immergi, & eos, qvibus ſubventum non fuerit, necare tradit. Qvam opinionem ex Magorum diſciplina hauſtam eſſe

(51.) de apocryph. tom. 2. p. 618. (52.) in Pſalm libr. p. 334. (53.) libr. 3. de Rep. Hebr. p. 373. 374. (54.) exercit. in Fl. Joſeph. (55.) lib. 7. de bell. Judaic. c. 23. vel 25. p. 981.

esse Tertullianus (56.) indicat. Qvamobrem hic Iosepho non magis credendum est, qvam illi Dæmoni puerum sedecim annorum vexanti, qvi Philostrato referente (57.) interrogatus qvis esset, respondebat se esse εἴδωλον ἀνδρὸς, ὃς πολέμῳ ποτὲ ἀπέθανεν, seu idolum viri jamdudum in bello interfecti, qvi uxorem suam vehementer amaverit, sed qvia uxor conjugii jure violato triduo post ejus mortem alteri nupserit, summum erga mulieres odium conceperit, & amorem suum ad hunc puerum translulerit. Non probandum qvoqve in Iosepho, qvod, cum historiam transitus Israelitarum per mare Erythræum describit, miraculum divinæ potentiæ haud parum extenuet, dum ait, [58.] se hæc recensuisse, ut in sacris codicibus invenerit, & cuilibet liberam sentiendi facultatem permittere, num Dei Voluntate via per mare Israëlitis patuerit, an naturæ sponte, qvemadmodum & Alexandri M. ductu Macedonibus mare Pamphylium cesserit, & aliam viam non habentibus iter illac aperuerit, cum Deus ejus opera ad destruendum Persarum imperium uti vellet. At qvid cum Mose commune habuit Alexander, qvem Strabo libro 14. Pamphyliæ littus observato æstu, & militibus umbilico tenus immissis obliqve legisse & superasse tradit? Qvemadmodum igitur Plutarchus (59.) Gentiles Historicos perstringit, qvod Alexandri iter per mare Pamphyliæ referentes miraculum excitent, qvasi divina aliqva sorte Alexandro mare cessisset, cum tamen ipse Alexander in epistolis suis nullum ejusmodi portentum jactaverit: ita & Iosephum reprehendere licebit, qvod admirandum Israelitarum per mare transitum cum Alexandri per mare Pamphyliæ itinere comparans, tanto plus vero miraculo detraxerit, qvanto magis fictum amplificavit. Observarunt, qvi in Iosephi lectione diligenter versati sunt, qvod etiam de aliis divinis miraculis subdubitanter & frigidius loqvatur, qvam Sacræ Scripturæ autoritas postulet. Historiam enim Ionæ a ceto devorati & post triduum redditi his verbis concludit,

διεξῆλ-

(56.) c. 57. de anima. (57.) libr. 3. de vit. Apollon. c. 12. (58.) l. 2. antiqvit. c. 7. (59.) in Alexand. p. 673.

ἐξῆλθον ὅ τὴν περὶ αὐτῶν διήγησιν, ὡς εἶχον ἀναγεγραμμένην, hæc de eo ſic retulimus ut invenimus in commentariis. (60.) Qvali epiphonemate etiam decimum Antiqvitatum librum concludit, dum ait, ſe hæc, ut invenerit, in literas retuliſſe, & cuilibet integrum relinqvere, ut diverſam, ſi velit, opinionem ſeqvatur. Enimvero nonnunqvam veritatis amorem in Joſepho nimium Gentilibus placendi ſtudium corrupit. Qvorſum & illud referendum, qvod libro 2. contra Apionem ſcribit, [61.] ſupremum Legislatorem aperte Iudæis interdixiſſe, ne Deos ab aliis cultos riderent aut blaſphemarent. Ubi autem Deus hanc legem ſanxit, ne qvisqvam illis malediceret, qvos aliarum gentium opinio Deos confinxit? Reſpexit forte ad legem, qvæ Deos execrari vetat. [62.] Verum iſtud edictum non ad Gentilium idola, ſed ad Magiſtratus Dei in terrâ Vicarios pertinet, ut jamolim Cyrillus Alexandrinus contra Iulianum Apoſtatam oſtendit. [63.] Si vero Ioſephus ad legem de Diis Gentilium ore non memorandis aut nominandis, qvæ Exod. cap. 23. v. 13. legitur, reſpexit, ne ſic qvidem probare poterit, convicia in Deos Gentilium Divina lege prohibita fuiſſe, ut fuſe Seldenus (64.) demonſtravit. Neqve hic diſſimulanda eſt pudenda illa Joſephi adulatio, qva oracula de regno Meſſiæ ad Veſpaſianum applicuit. Cum enim in ſacris literis prædictum fuiſſet, iſtis circiter temporibus qvendam ex Judæorum finibus profectum orbem terrarum imperio potiturum, id in Veſpaſiano implendum dicere Joſephus non dubitavit. (65.) Et toto qvidem oriente vetus illa & conſtans fama percrebuerat, eſſe in fatis, ut eo tempore Judæa profecti rerum potirentur, qvam de Imperatore Romano & imprimis de Veſpaſiano & Tito qvod interpretati fuerint Svetonius, (66.) & Tacitus, (67.) minus mirandum eſt, cum & ipſe Joſephus ſacro illo oraculo Veſpaſianum, qvi apud Judæam Imperator creatus eſt, deſignatum ſcripſerit, (68.) a reliqvis Judæis hic diſſentiens, qvi

(60.) lib. 9. Antiqvit. c. 11. (61.) p. 1077. (62.) Exod. XXII, 28. (63.) libr. 7. contr. Julian. (64.) de jur. nat. & gent. libr. 2. c. 13. (65.) Euſeb. libr. 3. c. 8. Zonar. libr. XI. annal. c. 16. (66.) in Veſpaſ. c. 4. (67.) libr. 5 hiſtor. (68.) libr. 7. de bell. Judaic. c. 12. vel 21. p. 961.

esse Tertullianus (56.) indicat. Qvamobrem hic Iosepho non magis credendum est, qvam illi Dæmoni puerum sedecim annorum vexanti, qvi Philostrato referente (57.) interrogatus qvis esset, respondebat se esse εἴδωλον ἀνδρὸς, ὃς πολέμῳ ποτὲ ἀπέθανεν, seu idolum viri jamdudum in bello interfecti, qvi uxorem suam vehementer amaverit, sed qvia uxor conjugii jure violato triduo post ejus mortem alteri nupserit, summum erga mulieres odium conceperit, & amorem suum ad hunc puerum translulerit. Non probandum qvoqve in Iosepho, qvod, cum historiam transitus Israelitarum per mare Erythræum describit, miraculum divinæ potentiæ haud parum extenuet, dum ait, [58.] se hæc recensuisse, ut in sacris codicibus invenerit, & cuilibet liberam sentiendi facultatem permittere, num Dei Voluntate via per mare Israëlitis patuerit, an naturæ sponte, qvemadmodum & Alexandri M. ductu Macedonibus mare Pamphylium cesserit, & aliam viam non habentibus iter illac aperuerit, cum Deus ejus opera ad destruendum Persarum imperium uti vellet. At qvid cum Mose commune habuit Alexander, qvem Strabo libro 14. Pamphyliæ littus observato æstu, & militibus umbilico tenus immissis obliqve legisse & superasse tradit? Qvemadmodum igitur Plutarchus (59.) Gentiles Historicos perstringit, qvod Alexandri iter per mare Pamphyliæ referentes miraculum excitent, qvasi divina aliqva sorte Alexandro mare cessisset, cum tamen ipse Alexander in epistolis suis nullum ejus modi portentum jactaverit: ita & Iosephum reprehendere licebit, qvod admirandum Israelitarum per r transitum cum Alexandri per mare Pamphyliæ it comparans, tanto plus vero miraculo detraxerit, magis fictum amplificavit. Observarunt, qvi in Ic ctione diligenter versati sunt, qvod etiam de miraculis subdubitanter & frigidius loqvatur Scripturæ autoritas postulet. Historiam eni devorati & post triduum redditi his v

(56.) c. 57. de anima. (57.) libr. 3. de vit. Apollon. c. 12. (58.) l. 2. ar

διεξῆλθον ὅ τὴν αὐτὸς διήγησιν, ὡς ἔχω ἐπιμελείαν

sic retulimus ut invenimus in

(60.) Qvali epiphonemate etiam
librum concludit, dum ait, se hæc,
retuliſſe, & cuilibet integrum
velit, opinionem ſeqvatur.
tatis amorem in Joſepho
dium corrupit. Qvorſum &
2. contra Apionem ſcribit,
aperte Judæis interdixiſſe, ne
aut blaſphemarent. Ubi
ne qvisqvam illis maledicere
nio Deos confinxit? Reſper
execrari vetat. [62.] Verum
um idola, ſed ad Magiſtratus
ut jamolim Cyrillus Alexan
ſtatam oſtendit. [63.] Si vero
Gentilium ore non memora
od. cap. 23. v. 13. legitur, reſper
terit, convicia in Deos Gen
iſſe, ut fuſe Seldenus (64.
mulanda eſt pudenda illa Joſephi
regno Meſſiæ ad Veſpaſianum
criſ literis prædictum fuiſſet,
dam ex Judæorum finibus
perio potiturum, id in Veſpaſian
ſephus non dubitavit. (65.)
illa & conſtans fama percrebuerat,
pore Judæa profecti rerum
tore Romano & imprimis de
terpretati fuerint Svetonius,
mirandum eſt, cum & ipſe
ſianum, qvia apud Judæam
ſcripſerit, (68.

(66) lib. 2. Antiqvit.
Jud. cap. 6.

f

volve-

.or. Idum. p. 204. & ſeq.

qvi oraculum illud ad se spectare rati se tanto fortius Romanis oppoſuerunt. Non satis ergo erat Iosepho, cum in castro Jotapata captus esset, imperium Romanum Vespasiano prædicere, nisi ipsum etiam terræ marisque & totius humani generis Dominum futurum prædixisset. (69.) Rectius autem vulgatum illud toto oriente oraculum de Iesu nostro explicari debuisse Hegesippus (70.) & alii notarunt. Sed nolo jam recensendis Iosephi erroribus diutius immorari, qvos multos esse non diffiteor. Fatendum tamen & illud, multos Iosepho errores tribui, qvi potius librariis vel interpretibus tribui debuissent. Sane numeros in Iosephi operibus scriptorum vitio sæpe vitiatos deprehendit Constantinus L' Empereur [71.] Et nonnunqvam Iosephus ex ipso Iosepho corrigi potest. Nonnulla enim in libris contra Apionem rectius scripta sunt, qvam in libris Originum scripta fuerant, ut Scaliger in notis ad selecta fragementa veterum Græcorum uno alteroque exemplo probatum dedit. (72.) Nec defuerunt, qui Iosephum agraviorum qvorundam errorum culpa liberarent. Qvid frequentius qvam Iosepho objicere, qvod a Matthæo dissentiat, dicente, Tetrarcham Herodem Fratris sui. Philippi Conjugem Herodiadem rapuisse? Iosephus enim Herodiadem non Philippi sed alterius Herodis uxorem fuisse dicit. Atqve hinc, ut Sanctis Evangelistis veritas sua constet, qvamplurimi Iosephum ignorantiæ & oblivionis arguunt, & in hac de raptu Herodiadis historia vel Gorionidem ab Herodum ætate longe remotissimum Flavio nostro Iosepho in cognoscenda veritate perspicaciorem fuisse contendunt. Qvamvis autem Iosephus in hac causa etiam a Casaubono, qvem in aliis gravissimum sui vindicem expertus est, desertus fuerit, fuerunt tamen qvi insanabili huic qvod videbatur, vulneri medicam manum adhiberent. Cum enim Iosephum in Herodum historia accuratissime versatum constet, non permittendum censuerunt, ut in hac Herodiadis historia mendacii argueretur. Et parum qvidem

(69.) libr. 3. de B. J. c. 27. p. 854. (70.) libr. 5. de excid. Hierosolym. c. 45. (71.) in notis ad Middoth. c. 4. sect. 3. p. 145. (72.) p. 9. & 18.

qvidem abfuit, qvin nonnulli ex Josepho Evangelistas corrigere auderent. Legitur enim in Scaligerianis, qvæ Jacobus & Petrus Fratres Puteani ex Scaligeri ore excerpserunt, veteres Christianos multa in Novo Testamento addidisse, & forte hic etiam aliqvid mutasse. (73.) Verum desperato isto remedio non opus est, cum non desit commoda ratio Josephum cum Evangelistis conciliandi, qvæ apud Grotium, (74.) Noldium (75.) & alios videri poterit. Qvantum ad historiam infanticidii Bethlehemitici attinet a Josepho omissam, Scaliger in prædictis excerptis Christianos potius alicujus additionis ad historiam Evangelicam, qvam Josephum alicujus omissionis arguere videtur. Vossius autem in chronologia sacra, qvam ad mentem veterum Hebræorum & præcipue Josephi exposuit, non se mirari dicit, qvod Josephus infanticidii illius historiam prætermiserit, cum post tot crudelitatis exempla Hierosolymis & per totam Palæstinam edita, post sublatos diversis supplicüs tot filios, uxores, proximos, & amicos non magna res fuisse videatur, qvod Herodes unius vici & adhærentis territorii infantes sustulerit, qvorum stragem non adeo magnam fuisse putat, cum non omnes, sed mares tantum, & qvi intra bimatum essent, cæsi fuerint. Qvod autem Macrobius libr. 2. Saturnal. c. 4. retulit, Imperatorem Augustum cum inter pueros, qvos in Syria Herodes Rex Judæorum intra bimatum jussit interfici, filium qvoq; ejus occisum audivisset, dixisse: melius est Herodis porcum esse qvam filium, id Vossius merum figmentum esse censet, cum Herodis filii, qvi a Patre interempti sunt, omnes adolescentiam jam exuerint, ideoqve illud Augusti scomma ad infanticidium Bethlehemiticum non pertineat. Sed esto, ad fabulas referri debere, qvod inter infantes ab Herode occisos aliqvis ex Herodis filiis fuerit, omnino tamen mirandum videtur, Macrobium Gentilem de infantibus intra bimatum ab Herode occisis aliqvid memorasse, & Josephum Judæum, qvi illorum temporum historiam magna diligentia persecutus est, stragem illam Bethlehemiticam silentio involve-

f

(73) p. 177. (74) annot. ad Matth. (75.) in histor. Idum. p. 204. & seq.

volvere, qvæ non unicum tantum vicum, sed etiam totum circumjacens territorium pervasit.

Nova editio Josephi.

Qvamvis autem nonnulla in Josepho sint, qvæ omnem excusationem aut defensionem respuant, cætera tamen ita comparata sunt, ut avidissimos lectores merito suo semper invenerit. Qvamobrem cum Græco-Latina Josephi exemplaria, qvibus Bibliopolarum officinæ jampridem caruerunt, a plurimis eruditis desiderari animadverteret Vir integerrimus & sumtibus in novas Sanctorum qvorundam Patrum aliorumqve bonorum Autorum editiones hactenus erogatis spectatissimus MAURITIUS GEORGIUS WEIDMANNUS, cæteris in bonos libros meritis & hoc addidit, ut Josephi opera Græco-Latine impensis suis denuo imprimi & novam insuper appendicem adjici curaret. In ista appendice primum exhibetur ARISTEÆ liber de 70. Interpretibus. Cum enim Josephus in suis antiqvitatibus illam Aristeæ narrationem velut in compendio referat, & ipse Aristeas in paucorum manibus versetur, visum fuit operæ pretium, Josephi operibus Aristeam adjungere. Fuit autem Aristeas e Ministris Ptolemæi Philadelphi Regis Ægyptii, quem Hieronymus (76.) Ptolemæi ὑπερασπιστὴν appellat, quam vocem non fideliter interpretatur Hugo Cardinalis, cum ait hoc vocabulo fidelem interpretem notari ab hyper i.e. valde & pistis i.e. fides. Nec minus lepida est altera interpretatio, qva hyperaspistes est Notarius, ab hyper i.e. super & pistan assistens. Utramqve deridet Erasmus, (77.) cum ὑπερασπιστὴς satellitem seu protectorem significet, qvia satellites ἀσπίδων seu clypei objectu Regum corpora tegebant. Neqve tamen e vulgari satellitio Aristeas fuit. Andreas enim, qvi una cum Aristea Ptolemæi Regis nomine ad Judæos ablegatus fuit, in literis Regis ad Eleazarum Pontificem Judæorum Ἀρχισωματοφύλακα titulo ornatur. Si igitur etiam Aristeas Regis corporis custodiam habuit, qvod Josephus asserit, [78.] ipse qvoqve inter præcipuos Regii corporis custodes numerandus erit. Sane Ptolemæus &

Appendix Aristeas.

(76.) præfat. in Pentateuchum seu epistol. 104. (77.) Tom. IV. Oper. Hieron. p. 6. (78.) libr. 2. contr. Apion. p. 1064.

us & Andream & Aristeam in magno apud se honore constitutos asserit. Hujus autem Aristeæ & historiæ, qvam composuit de LXX. Interpretibus, præter Josephum & Hieronymum etiam Tertullianus, [79.] Eusebius, [80.] Epiphanius, [81.] Syncellus [82.] & alii meminerunt. Prodiit ille Aristeæ liber a Matthia Palmerio latine redditus Basileæ anno 1536. apud Iohannem Bebelium una cum Olympiodori in Ecclesiasten commentario, & Gregorii Neocæsarienſis in eundem Ecclesiasten metaphrasi. Et hæc Palmerii versio etiam micropresbytico seu syntagmati veterum qvorundam Theologorum, qvod Basileæ anno 1550. Henricus Petri in lucem publicam emisit, nec non Bibliothecæ Patrum (83.) inserta legitur. Sichardus autem cum Palmerii versionem minus accuratam deprehenderet, de nova adornanda cogitabat, qvod consilium postea mutavit, cum hunc laborem a Matthia Garbitio præoccupatum intelligeret, cujus versionem Basileæ anno 1561. una cum græco Aristeæ textu Oporinus excudit. Postea etiam Iacobus Middendorpius Aristeam ex græcis manuscriptis & latinis codicibus restituit, & commentario suo illustravit, qvæ editio Coloniæ anno 1578. in lucem prodiit. Atqve ut de Germanicis, Italicis & Gallicis versionibus taceam, etiam in Hebraicum sermonem hanc Aristeæ historiam transtulit R. Azarias de Rubeis, qvi hunc Aristeæ tractatum Hadrath Zekenim seu decorem senum inscripsit, & libro Meor Enajim inclusit. (84.) Num vero ista narratio de 70. Interpretibus vere a Ministro qvodam Ptolemæi Philadelphi, qvi Aristeæ nomen gessit, scripta, an ab impostore qvodam sub Aristeæ nomine conficta fuerit, de eo non inter omnes æqve convenit. Alii enim cum Isaaco Vossio (85.) priorem, alii cum Josepho Scaligero (86.) posteriorem sententiam defendunt. Peculiari tractatu paucis abhinc annis hoc argumentum discussit Humfredus Hody, qvi qvidem librum Aristeæ, qvalis

(79.) Apolog. c. 18. (80.) libr. 3. de præparat. evangel. c. 1. & seqv. (81.) de ponder. & mensur. c. 9. & seqv. (82.) chronogr. p. 273. (83.) edit. Paris. tom. 7. Colon. tom. 1. & Lugdun. tom. 2. (84.) Bartolocc. Bibliothec. Rabbin. tom. 1. p. 437. seqv. (85.) de 70. Interpret. c. 4. (86.) ad Chronic. Euseb. p. 133.

hodie ſupereſt, non diverſum eſſe ab eo, ex qvo Joſephus & Euſebius hiſtoriam de 70. Interpretibus retulerunt, ipſam autem hiſtoriam jam ante Joſephi ætatem ſub Ariſteæ nomine a Judæo qvodam confictam eſſe pluribus argumentis demonſtrare contendit. Noſtrum jam non eſt tantas componere lites. Qvæ in appendice Ioſephi noſtri ſeqvuntur notæ ad epitomen Ariſteæ vel Ariſtæi a Joſepho excerptam debentur Juveni non vulgaris induſtriæ & eruditionis JOHANNI ALBERTO FABRICIO, a qvo etiam novam Apocryphorum editionem propediem expectamus. Notas illas, cum & breves ſint, & eruditæ, perlegere nec moleſtum, nec inutile fuerit. Varias lectiones librorum de bello Judaico & libelli de Maccabæis ex manuſcripto bibliothecæ noſtræ Academicæ Paulinæ collegit Excellentiſſimi Bibliothecarii heu nuper defuncti, ſed tamen in Academia noſtra & Orbe toto literato eruditionis fama immortaliter victuri Filius non degener JOACHIMUS FRIDERICUS FELLERUS, qvas Joſephi lectoribus non ingratas fore arbitramur cum illarum collatio locis nonnullis obſcurioribus lucem afferre poſſit. Imprimis autem in libro de imperio rationis manuſcriptus ille codex integris periodis auctior ab editis multum differre deprehenditur, qvod jam ſupra monuimus & ipſa collatio oſtendit. Ejusdem libelli de Maccabæis verſionem novam a Combefiſio elaboratam propterea addere voluimus, qvia Eraſmi paraphraſis ſupra exhibita a Græco textu nimium diſcrepat. Nusqvam enim in græco textu leguntur nomina fratrum Maccabæorum, qvæ Eraſmus in ſua paraphraſi expreſſit neſcio unde hauſta. Neqve in græco textu Ioſephus hæc de Maccabæis ex ſacris Literis ſe accepiſſe dicit, qvod in latinæ paraphraſeos epilogo legitur, ut plura alia taceamus. Unde & in Eraſmum invehitur Combefiſius, qvod nova ſua pro Ioſephi antiqvis venditaverit, & ſub paraphraſeos ſpecie multa infarſerit a Joſephi verbis aliena, diuqve ſibi in votis fuiſſe dicit, ut eruditus qvispiam &

græcæ

Notæ ad epitomen Ariſteæ.

Variæ Lectiones ex MSC. Lipſ.

Liber de Maccabæis cum verſione & notis Combefiſii.

græce doctus egregiam hanc Josephi lucubrationem Latine redderet, cum Erasmus in sua paraphrasi sui potius ingenii speculationes, qvam Josephi verba expresserit. Dum autem Combefisius ita se gerit, qvasi nemo hunc tractatum ante se ita interpretatus fuerit, ut latina græcis respondeant, ignorasse videtur, qvod in nonnullis Josephi editionibus nempe in editione Basileensi anni 1567. Coloniensi anni 1593. & qvibusdam aliis non Erasmi paraphrasis, sed alia nescio cujus interpretis versio legatur, qvæ ad græcum textum propius accedit. Initium illius versionis jam supra, ubi de Latinis Josephi editionibus actum est, indicavimus. Præterea in editione apocryphorum Basileensi, qvæ ex Officina Brylingeriana anno 1582. prodiit, adhuc alia versio legitur, quæ sic incipit: Studiosissimum sapientiæ sermonẽ declaraturus. Non est igitur qvod Combefisius, & Andillius Gallicus Josephi interpres qverantur, libelli de Maccabæis nullam aliam interpretationem hactenus extitisse, qvam illam Erasmi paraphrasin. Deprompsimus autem novam, qvam in hac Josephi appendice damus, Combefisii versionem cum ejusdem notis & animadversionibus ad hunc tractatum ex novissimo, qvod vocat, bibliothecæ Patrum Græco-Latinorum auctario, qvod anno 1672. Parisiis vulgatum est. In postremam appendicis partem rejecimus fragmentum ex Josephi paræneſi ad Græcos, qvæ inscribitur de causa universi contra Platonem. Tractatum illum περὶ παντὸς integrum habuit & legit Photius, ut in bibliotheca sua testatur, (87.) ubi refert hunc librum in qvibusdam exemplaribus sic inscriptum: περὶ τῆς κ' παντὸς αἰτίας, in aliis περὶ τῆς ϛ' παντὸς ὑσίας. Duos vero libellos fuisse docet, qvibus Autor Platonem secum pugnare docuerit, Alcinoum qvoqve de anima, materia & resurrectione ut absurda & falsa differentem reprehenderit, & Judæorum nationem qvam Græcorum antiqviorem fuisse tradiderit. Dicit autem hunc tractatum ab aliis Josepho, ab aliis Justino Martyri, ab aliis Irenæo adscriptum fu-

Fragmentum ex libro περὶ παντὸς.

 isse

(87.) cod. 48.

isse. Ipse autem in eam sententiam inclinat, qvod hic liber a Cajo Presbytero Romano script⁹ fuerit, cum & in ϖϱογϱαφαῖς marginalibus Codicis sui Caji nomen adscriptum invenerit, & Cajus in Labyrintho suo se libri de universi natura autorem professus fuerit. Josepho qvo minus hunc tractatum tribuere velit, duas imprimis rationes obstare sibi profitetur, unam qvidem, qvod Autor de homine & anima ita differat, ut ejus discursus Hebræorum de natura hominis doctrinæ minus convenire videantur; altera vero, qvod de Christo ὡς ἔγϛα, hoc est juxta Schottum aptissime, seu ut Tanaqvillus Faber (88.) maluit, ad nostrum ferme modum seu proxime ad Christianorum fidem disseruerit, πλήϑην τε ἀνϑϱώπων ἀναφϑεγόμενος, ϰτλῳ ὃν πατρὸς ἄφϱαϛον γέννησιν ἀμέμπτως ἀναγϱάφων, & ipsam Christi appellationem explicans, & ineenarrabilem ejus ex Patre generationem describens, qvod a Josepho Judæo alienum esse res ipsa demonstrat. Non defuerunt tamen, qui adhuc Josepho tractatum illum vindicarent. In his Iohannes Zonaras, (89.) cum Iosephi de Christo testimonium adduxisset, subjungit, eundem Iosephum ἐν τῷ ϖϱὸς ἕλληνας λόγῳ, ὅς ϰϛ Πλάτωνος ἐπιγέγϱαπται ϖεϱὶ τῆς τοῦ παντὸς αἰτίας, seu in oratione ad Græcos, qvæ contra Platonem inscribitur de universi causa Christum ut mundi Iudicem inducere, ejusq; tractatus, ex qvo verba qvædam adducit, etiam Damascenum in suis parallelis meminisse. Et Arnold⁹ Peraxylus Arleni⁹, qvi Iosephi opera Græce primus edidit, non sufficientes rationes a Photio adductas existimat, ob qvas Josepho hoc opus abjudicari debeat, cum Josephus etiam in libris Originum ita de Christo ejusqve operibus & miraculis differat, ut eundem virum vel hominem vix appellare audeat, & tacito suffragio ejus divinitatem veneretur. Qva de re qvid sentiendum sit, superius ostensum fuit. Promittebat autem idem Arlenius, (90.) se propediem istum tractatum cum Studiosis communicaturum. Sed promissa non servavit. David autem Hœschelius cum Photii bibliothecam Græce ederet & notis illustraret, fragmentum hujus tractatus ex Italia a Maximo Margunio ad se missum notis inseruit, cui etsi Josephi titulum præfixerit,

(88.) part. 1. epistol. pag. 141. (89.) libr. 6. annal. c. 4. (90.) præfat. ad oper. Joseph.

rit, non injuria tamen dubitari posse statuit, an Josephum Autorem habeat, cum a Christiano potius homine scriptum videatur (91.) Post Hœschelium, Stephanus le Moyne in variis suis sacris (92.) fragmentum illud iterum vulgavit, non amplius Josephi, sed Hippolyti nomine signatum. Cum enim anno 1551. non procul ab æde Laurentiana extra muros marmorea Hippolyti statua effoderetur, qvæ postea in Vaticanam bibliothecam translata fuit, præter Hippolyti canonem Paschalem in hac statua repertus fuit librorum ab Hippolyto scriptorum catalogus, in qvo & hoc opus observare licet:

ΠΡΟΣ ΕΛΛΗΝΑΣ
ΚΑΙ ΠΡΟΣ ΠΛΑΤΩΝΑ
Η ΚΑΙ ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΠΑΝΤΟΣ,

Qvamobrem non amplius dubitandum censet Monachius, qvin hoc opus, cujus insigne fragmentum supereſt, Hippolyto tribui debeat: Cur autem hoc opus olim a nonnullis Josepho tributum fuerit, duas affert causas. Prima est, qvod Josephus (93.) promiserit, se peculiari opere περὶ ἰδίας θεοῦ acturum; Altera, qvod qvæ in hoc fragmento de statu & loco animarum separatarum referuntur, cum iis conveniant, qvæ Josephus περὶ τοῦ Ἅιδου tradidit. Possit & tertia addi ex styli æqvalitate, qvam Photius observavit. Addimus & qvartam ex Dodwello (94.) qvi hunc περὶ παντὸς tractatum a Cajo (hunc enim Autorem esse putat, non Hippolytum) ex multis Autoribus & qvidem propriis Autorum verbis collectum fuisse putat, qvemadmodum & Macrobius ipsa Gelliii aliorumqve Autorum verba suppressis nominibus describat. Videtur autem ipsi verisimile, Cajum etiam nonnulla ex Josepho in librum istum transcripsisse. Certe Photius indicat autorem illius libri inter alia Judæos Græcis antiquiores demonstrasse. Ea autem quæ de Judaicæ gentis antiqvitate disseruit, commode ex Josephi libris contra Apionem transcribere potuit. Forte etiam ex Josepho hausit, qvæ de mundi opificio breviter disseruit. Nam de hoc etiam argumento Autorem hujus operis tractasse ex Photio discimus. Cum autem ex variis Autoribus hoc opus collectum fuerit, qvorum nomina forte vel ipse Autor, vel librarius qvispiam nonnunqvam in margine notavit, hinc illud opus modo Josepho, modo Justino, modo Irenæo, modo aliis adscriptum fuit. Qvamvis autem Josephus ad calcem suarum antiqvitatum promiserit, se in qvadripartito volumine de sectis Judæorum etiam de Deo ejusqve substantia acturum, opus tamen illud a Josepho non absolutum fuisse Dodwellus suspicatur. Cum enim Epaphroditus anno post editam Josephi ἀρχαιολογίαν proximo, nempe anno Domitiani penultimo, Christi 95. perierit, & Josephus infensissimos e gente sua hostes habuerit, conjicit istos Patroni casum in ipsius qvoqve Josephi perniciem convertisse, adeoqve Josephum Epaphrodito haud diu superstitem fuisse. Cæterum cum fragmentum libri περὶ παντὸς sub Josephi nomine editum olim fuerit, ei in hac appendice operum Josephi locum aliqvem concedere voluimus. Qvod supereſt, benevolum Lectorem rogamus, ut qvalemcunqve hanc Josephi editionem boni consulat, donec vel novi Bertrami, Scaligeri, Cunæi, Petiti, Bigotii, Bosii, Monachii excitentur, vel Clarissimus Bernardus cum Josepho suo in gratiam redeat.

Scripsi Lipsiæ A. C. 1691. ante nundinas vernales.

(91.) not. ad Phot. bibl. p. 923. (92.) pag. 53. tom. 1. (93.) libr. 20. antiqu. c. ul. (94.) diss. 6. ad Irenæum.

ILLUSTRISSIMO

PRINCIPI FRIDERICO V.

COMITI PALATINO AD RHENUM,

ELECTORALIS DIGNITATIS ET PALATINATUS

hæredi, Bavariæ Duci, &c.

DOMINO MEO CLEMENTISSIMO.

FLAVII Josephi Hellenistarum Judæorum cum eruditione, tum eloqventia facile principis historica monumenta prælo meo excusa, Princeps Illustrissime, ad T. C. humiliter adfero. Sicut enim scriptorum est quæ honesta sunt & seculis profutura literis prodere: ita & in immenso aliorum super alios acervatorum librorũ cumulo typographorum interest laudabiles & bonæ frugis scriptores in lucem mittere redivivos, & adversus Zoilos potentium patrocinorum tutelæ committere. multiplex vero mihi causa fuit cur ad T. C. noster confugeret Josephus: namqve primum tota operis πραγματεία de rebus est quæ a Principe cognoscantur dignissimis; ipsa nempe mundani Systematis divina constitutione, humani generis ortu & propagatione, Patriarcharum vita, Mosaica Legislatione, politia Hebraica, monarchiarum, qvæ olim orbem rexerunt, imperio & aliis, qvæ qvatuor millium annorum historiam implent autoris & eo nomine apud Principes gratiosi, qvod non ex infimis literatorum subselliis ad hæc scribenda prodierit terræ filius; sed ex regio Hasmonæorum sangvine oriundus, & primaria sacerdotum inter Judæos familia, cum in adolescentia ad miraculum usqve in literarum studio profecisset, juventutem rebus gerendis & bello, qvod cum Romanis gessere Judæi, internecino exercuit Galilææ præfectus, consilio & manu æqve promptus, ætate vero provectiori otium Romæ nactus ea literis mandavit, qvæ literarum cognitione & usu didicerat, vir cæteroqvin Imperatoribus Vespasiano, Tito, Domitiano ob præclaras animi dotes acceptissimus. Verum accessit & alia causa cur Josephum coram T. C. sisterem, beneficium qvod tuæ C. debeo, ob manuscriptorum tuæ electoralis Bibliothecæ codicum Josephi liberalem usum, quem annuente primario nostræ ætatis Philologo Jano Grutero, Bibliothecæ præfecto, impetravit singulari sua humanitate nobilissimus & eruditissimus JCtus Marquardus Freherus Tuæ C. Consiliarius. Sed qvia in hoc autore excudendo longius processeram cum membranas consecutus sum, & multi assidua interpellatione ut qvam primum Josephum Græce, publici juris iterum facerem efflagitabant, qvod editionis Basiliensis qvæ ante LXVII. annos unica prodiit, nullum exemplar supereset; hortantibus cessi, qvorundam virorum doctorum notas, & varias lectiones ejus qvi manuscripta excussit studio collectas propediem peculiari volumine editurus. Cum itaque T. C. tuorumqve beneficio sim adjutus C. T. patrocinio Josephum historicum Principe non indignum jure meritoqve dedico, demisse rogans ut qvemadmodum Titus Imperat. autorem libros suos μεγαλώνυμος offerentem benigne admisit, probavit, & Bibliothecæ suæ inseri jussit; ita Josephum nostrum clementi vultu T. C. accipiat; & in sua perinsigni Bibliotheca quæ nobis calamo exarata exemplaria suppeditavit, ut emendatior prodiret, locum obtinere patiatur. Ipse interim Deum Opt. Max. a qvo est omnis antistatus in terris, supplex orabo ut det T. C. vitam prolixam, Principatum securum, & qvæcunqve boni Principis vota sunt.

Tuæ Celsitudinis servus addictissimus

PETRUS ROVERIANUS
Typographus.

DE IO-

Notes du mont Royal

www.notesdumontroyal.com

Une ou plusieurs pages sont omises ici volontairement.

ΦΛΑΒΙΟΥ ΙΩΣΗΠΟΥ ΙΟΥΔΑΙΚΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ ΠΕΡΙ ΑΛΩΣΕΩΣ ΛΟΓΟΣ Α'.

FLAVII JOSEPHI DE BELLO JUDAICO, LIBER PRIMUS.

Interprete Rufino Aquilejenſi, ad Græcum collati & emendati per Sigismundum Gelenium.

A PROLOGUS.

Ποιεῖσθαι τὴν Ἰουδαίων πρὸς Ῥωμαίους πόλεμον συχνὴν μὲν ἡγησάμην, ἐ μόνον τῶν καθ' ἡμᾶς, ἀλλὰ δὲ ὧν ἀκοῇ παρειλήφαμεν, ἢ πόλεων πρὸς πόλεις, ἢ ἐθνῶν ἔθνεσι συμβεβηκότων, οἱ μὲν ἐ τυχόντες τῆς πραγμασίν, ἀλλ' ἀκοῇ συλλέγοντες, μυθεύμασι δὲ ἀσυμφώνα διηγήματα σοφιστικῶς ἀναγράφουσιν. οἱ δὲ παρόντες μὲν ἢ κολακείᾳ τῇ πρὸς Ῥωμαίους, ἢ μίσει τῷ πρὸς Ἰουδαίους καταψευδόμενοι τῶν πραγμάτων, ἀλλοιοῦσι τὴν ἀλήθειαν ἐπὶ μὲν κατηγορίαν, ὅταν ἐγκώμιον τὸ συμβὰν ᾖ, τὴν ἀκρίβειαν τῶν ἔργων ἐ θαμὰ, πρὸς δὲ μίσει ἐπὶ πᾶσι τοῖς Ῥωμαίων ἡμαρτημένοις, ἐλλάδι γλώσσῃ μεταβαλών, ἃ τοῖς ἀνωβαρβάροις τῇ πατρίῳ φωνῇ ἄχρι ἀνέπεμψα πρότερον, ἀφηγήσομαι, ἰώσηπος ματθίου παῖς, ἐξ ἱεροσολύμων, ἱερεύς, αὐτός τε Ῥωμαίοις πολεμήσας τὰ πρῶτα, καὶ τοῖς ὕστερον ὑπ' ἀνάγκης ἐπαναλήσας. ἦν μὲν δὴ ἐμοὶ μέγας καὶ δεινὸς ὁ κίνημα τοῖς, ἐν Ῥωμαίοις μὲν ἐνεστῶτα τὰ οἰκεῖα, Ἰουδαίων τε τὸ νεωτερίζον τότε, πεπαρασμένους ἐπανέξη τοῖς κακοῖς, ἀκμάζον καὶ πρὸς τὴν χεῖρα ἐ ῥᾳθύμως, ὡς δι' ὑπερβολὴν θράσους, τοῖς μὲν, ἐν ἐλπίδι κτήσεως, τοῖς δ' ἐν ἀφαιρέσεως δέος γίνεσθαι τὰ πρὸς τὸ ἀναπολεμεῖν. ἐπειδὴ Ἰουδαῖοι μὲν ἅπαν τὸ κατὰ τὸν Εὐφράτην ὁμόφυλον ἡμῖν συνεπαρθήσεσθαι σφίσιν ἠλπισαν, Ῥωμαῖοι δ' οἱ πανταχοῦ παρεκινοῦντο, καὶ τὸ κελτικὸν σὺν ἠρέμα, μετὰ δὲ καὶ πᾶν τὸ θρᾴκιον μετ' ἐρώμης, ἐ πολλὰς μὲν βασιλέων ἀνέπαυε, τὰ γραικῶν δὲ ἦρε μεταβολῆς, ἐλπίδι λημμάτων. ἄτοπον δὲν ἡγησάμην περιδεῶς πλάζομένου ὅπου τηλικούτοις πράγμασι τὰ ἀληθῆ, καὶ παρόντος μὲν, ἐ βαβυλωνίοις, ἀράβων τε τοὺς πρόσω ἄτω, ἐ τὸν ὑπὲρ Εὐφράτην ὁμόφυλον ἡμῶν, ἀδιαβήτους τὰ γωνὰς διὰ τῆς ἐμῆς ἐπιμελείας ἀκριβῶς, ἔδην τὰ ἤρξατο, καὶ δι' ὅσων ἐχώρησε παθῶν ὁ πόλεμος, καὶ ὅπως κατέστρεψεν, ἀγνοεῖν δὲ ἕλληνας ταῦτα καὶ Ῥωμαίων τοὺς μὴ ἐπιστρατευσαμένους, ἐντυγχάνοντας ἢ κολακείαις, ἢ πλάσμασι. καί τινα ἰσχνῶς αὐτοὺς ἐπιγράφειν πολιτῶν ἐν αἷς πρὸς

QVoniam bellum, qvod cum populo Romano geſſere Judæi, omnium maximum, qvæ noſtra ætas vidit, qvæqve auditu percepimus, civitates cum civitatibus gentesve commiſiſſe cum gentibus: qvidam, non qvod rebus interfuerint; ſed vana & incongrua narrantium ſermones auribus colligentes, oratorum more perſcribunt: qvi vero præſto fuerunt, aut Romanorum obſeqvio, aut odio Judæorum contra fidem rerum falſa confirmant: ſcriptis autem eorum partim accuſatio, partim laudatio continetur: nusqvam vero exacta fides reperitur hiſtoriæ: idcirco ſtatui, qvæ retro barbaris antea miſi, patria lingva digeſta, Græce nunc his, qvi Romano Imperio reguntur, exponere, ego Joſephus Matathiæ filius Hebræus genere, ſacerdos ex Hieroſolymis: qvi & initio cum Romanis confiixi, poſteaq; geſtis, qvia neceſſitas exegit, interfui. Nam cum hoc, ut dixi, bellum graviſſimum exortum eſt, Romanorum qvidem populum domeſticus motus habebat: Judæorum autem, qvi ætate validi, & ingenio turbulenti erant, manu ſimul ac pecunia vigentes adeo temporibus inſolenter abuſi ſunt, ut protumultus magnitudine, hos poſſidendarum ſpes, illos amittendarum partium Orientis metus invaderet. Qvoniam Judæi qvidem cunctos etiam, qvi trans Euphratem eſſent, gentiles ſuos, ſecum rebellaturos eſſe crediderant. Romanos autem & finitimi Galli irritabant: nec Germani qvieſcebant: diſſenſionumqve plena erant omnia poſt Neronem: & multi qvidem temporum occaſione Imperium affectabant: lucri autem cupidine exercitus rerum novandarum cupidi erant. Itaq; indignum eſſe duxi, errantem in tantis rebus diſſimulari veritatem: & Parthos quidem, ac Babylonios, Arabumq; remoti ſſimos & ultra Euphratem gentis noſtræ incolas, itemq; Adiabenos, mea diligentia vere cognoſcere, unde cœpiſſet bellum, quantisq; cladibus conſtitiſſet, qvove modo deſiiſſet: Græcos vero & Romanorum aliqui, qui militiam ſecuti non eſſent, figmentis ſive adulationibus captos, iſta neſcire. Atqvi hiſtorias audent eas inſcribere, qui præter hoc (ut mihi quidem videtur) qvod

nihil sani referunt, etiam de proposito decidunt. Nam dum Romanos volunt magnos ostendere, Judæorum res extenuant, & in humilitatem dejiciunt. Non autem intelligo, qvonam pacto magni esse videantur, qvi parva superaverint. Et neqve longi temporis eos pudet, qvo bellum tractum est: neqve multitudinis Romanorum, qvam in ea militia labor exercuit: neqve ducum magnitudinis: qvorum profecto gloria minuitur, si cum multum pro Hierosolymis desudaverint, rebus per eos prospere gestis aliqvid derogetur. Nec tamen ego contentione Romanas res extollentium, gentiles meos amplificare decrevi: sed facta qvidem utrorumqve sine ullo mendacio prosequar: dicta vero de factis reponam, dolori atqve affectioni meæ in defiendis patriæ cladibus indulgens. Nam qvod domesticis dissensionibus est eversa, & in templum sacrosanctum invictas Romanorum manus atqve ignem Judæorum tyranni traxere, testis est, qvi eam vastavit, ipse Cæsar Titus: per omne bellum miseratus qvidem populum, quod a seditiosis custodiretur: sæpe autem consulto differri passus civitatis excidium, protracto obsidionis spatio, dummodo belli pœniteret autores. Quod si quis me adversus tyrannos eorumqve latrocinium accusatorie loqvi putet, vel patriæ miseriis ingementum calumniari præter legem historiæ, dolori veniam tribuat. Ex omnibus enim, qvæ Romano Imperio parent, solam nostram civitatem contigit ad summum felicitatis fastigium evadere, eandemqve in extremum miseriæ dejici. Denique omnium post condita sæcula res adversas, si cum Judæorum calamitatibus conferantur, superatum iri non ambigo. Et horum autor nullus externus est: unde nec fieri potest, ut a qvestibus temperetur. Siquis autem durior misericordiæ sit judex, res quidem tribuat historiæ, lamenta vero scriptori: qvanquam merito Græcorum disertos increpaverim, qui tantis rebus sua memoriæ gestis, quarum comparatione præterita olim bella exigua redduntur, judices resident aliorum facundiæ detrahentes: qvorum & si doctrinam superant, proposito vincuntur. Ipsi vero Assyriorum & Medorum gesta perscribunt, veluti minus recte a scriptoribus antiquis fuerint exposita: cum in scribendo tantum eorum viribus cedant, quantum sententiæ. Erat enim unicuiqve studium, quæ vidisset facta, conscribere: quoniam & interfuisset rebus gestis, & efficaciter quod promittebat, impleret: mentiriqve apud scientes, inhonestum esse videretur. Enimvero nova quidem neqve ante cognita memoriæ tradere, suiqve temporis res commendare posteris, laude ac testimonio dignum est. Industrius autem habetur, non qui alienam dispositionem atqve ordinem transfert, sed qui nova dicendo etiam corpus proprium conficit historiæ. Sed ego qvidem sumptu ac labore maximo, qui cum sim alienigena, Græcis simul & Romanis gestarum rerum memoriam repono. Ipsis autem indigenis, ad quæstum quidem ac lites, ora patent, lingvæque solutæ sunt, ad historiam vero, in qua verum dicendum est, summaqve ope negotia colligenda sunt, obmutescunt:

Philippo destinatæ sunt: quæ talentorum centum reditus ministrabant. Archelai vero ethnarchia Idumæam, omnemque Judæam, & Samariam habebat quarta tributorum parte levatam, pro munere quia non rebellasset cum cæteris. Ac civitates quibus imperaret ei traditæ sunt, Stratonis pyrgus, & Sebaste, & Joppe, & Hierosolyma. Cæteras autem, Gazam & Gadaram & Hippon, regno avulsas, Syriæ Cæsar adjecit. Erant autem reditus Archelai, quadringenta talenta. Quin & Salomen præter illa, quæ testamento regis ei relicta erant, Jamniæ dominam, & Azoti, & Phaselis idem Cæsar constituit: regiamque apud Ascalonem largitus est: ex quibus omnibus talentorum sexaginta reditus colligebantur. Domum vero ejus ethnarchiæ subdidit Archelai. Quum autem cæteris quoq; Herodis propinquis testamento relicta solvisset, duas ejus filias virgines extrinsecus quingentis millibus pecuniæ donavit: easque nuptum Pheroræ filiis collocavit. Diviso autem Herodis patrimonio, etiam sibi relictas ab eo facultates ad mille talenta eis distribuit: exceptis suo nomine quibusdam rebus vilissimis propter honorem defuncti.

CAP. V.

De subditicio, falsoque Alexandro, coque deprehenso. Antiq. lib. 17. cap. 18.

INterea quidam juvenis natione Judæus, apud quendam libertinum Romanorum in Sidoniorum oppido educatus, illum se formæ similitudine quem Herodes necaverat, Alexandrum esse mentiens, fallendi spe Romam venit. Hujus autem facinoris habebat socium quendam gentilem suum, omnes regii actus optime scientem: a quo instructus affirmabat eorum se Emisericordia, qui sui atque Aristobuli occidendi causa missi fuerant, similibus corporibus subditis morti eos subreptos. Denique his multos jam Judæos fefellerat, in Creta degentes: ac liberaliter illic acceptus, Melumque inde transmissus, ibique ampliore quæstu cumulatus, etiam hospites suos magna verisimilitudine Romam secum navigare pellexerat. postremo delato Dicæarchiam, multisque muneribus ab Judæis ejus loci donatus, quasi rex a paternis amicis deducebatur. Ad hoc enim fidei processerat formæ similitudo, ut qui Alexandrum illum viderant, planeque noverant, hunc eum esse jurarent. Igitur omnes etiam Romæ Judæi, visendi ejus studio circumfusi properabant: & infinita multitudo per vicorum angustias, quocunque ferebatur, conveniebant. Tanta namque dementia multos ceperat, ut illum fella portarent, ac regale obsequium propriis ei sumtibus exhiberent. Sed Cæsar Alexandri vultum optime sciens (accusatus enim apud eum fuerat ab Herode) etsi prius quam videret hominem, fallacium similitudinis adverterat; hilariori tamen animi spei nonnihil indulgendum putavit, & Celadum quendam, qui Alexandrū bene cognosceret, misit, ut ad se adolescentem deduceret. Qui illo conspecto, statim personæ differentiam conjectura deprehendit. Maxime vero, ubi corporis ejus duritiam, & servilē formam consideravit, intellexit omne commentum. Valdo autem commotus est dictorū ejus audacia: de Aristobulo enim percontantibus, salvum quidē illum esse commemorabat: consulto vero

non adesse, quia apud Cyprum degeret tavendo insidias: minus enim se circumveniri posse disjunctos. Itaque ab aliis ei separato vitam dixit a Cæsare præmitum fore, si tantæ fraudis prodidisset autorem. Id autem se facturum ille pollicitus, ad Cæsarem sequitur: & Judæum indicat: qui formæ suæ similitudine abusus esset ad quæstum. Tanta enim dona ex civitatibus eum singulis abstulisse dotuit, quanta vivus Alexander non accepisset. Risit his Cæsar: & falsum quidem Alexandrum, propter habitudinem corporis, remigum numero inseruit, suasorem vero ejus interfici jussit. Meliis autem sumptuum detrimentum pro amentiæ precio satis esse judicavit.

CAP. VI.

De Archelai exilio. Ann. lib. 17. cap. 13.

ETHnarchia vero suscepta, memor discordiæ superioris Archelaus, non solum Judæis, sed etiam Samaritensibus crudeliter abusus est. Nonoque principatus sui anno legatis contra se ab utrisque ad Cæsarem missis, ipse quidem in exilium pellitur Viennam Galliæ civitatem: patrimonium vero ejus fisco Cæsaris adjudicatur; qvem quidem prius quam evocaretur ad Cæsarem, hujuscemodi somnium vidisse commemorant: Novem spicas plenas & maximas à bobus comedi somnia verat: accitos deinde vates Chaldæorumque nonnullos, quidnam illo putarent indicari somnio, consuluerat. Aliis autem aliter interpretantibus, Simon quidam Essenus genere, dixerat spicas annos arbitrari bovesqve rerum mutationes: eo qvod agros arando verterent ac mutarent. Ideoque regnaturum quidem illum esse tot annos, quot significasset numerus aristarum: varias autem rerum mutationes expertum, esse moriturum. Hisque auditis, Archelaus quinque diebus post ad causam dicendam est evocatus. Dignum autem memoria duxi, etiam conjugis ejus Glaphyræ somnium, Archelai filiæ Cappadocum regis referre: quam cum Alexander prius habuisset uxorem, frater hujus de qvo loquimur, Herodis filius regis, à quo ille interfectus est, sicut jam designavimus, post illius mortem Jubæ regi Libyæ nuptam, eoqve defuncto domum reversam, domique apud patrem in viduitate degentem, Ethnarches Archelaus ubi conspexit, ad hoc amoris accensus est, ut eam statim repudiata conjuge sua Mariamne, sibi copularet. Hæc igitur brevi tempore postquam in Judæam rediit, videre visa est superstantem sibi Alexandrum dicere: Satis fuerat tibi Libycum matrimonium: sed tu illo non contenta, rursus ad meos penates reverteris avidissima viri tertii, & quod gravius est, mei fratris juncta matrimonio. Equidem non dissimulabo contumeliam, teque licet invitam recuperabo. Atqve hoc exposito somnio, vix biduum supervixit.

CAP. VII.

De Simone Galilæo. De tribus sectis apud Judæos. Ant. lib 18. cap. 1. & 2.

IGitur Archelai finibus in provinciam redactis, procurator Coponius quidam eques Romanus missus est, ea sibi à Cæsare potestate mandata. Hoc disceptante, Galilæus quidam, Simon nomine, defectionis arguebatur: quia indigenas increparet, si tributum Romanis pendere paterentur, dominosque post Deum ferre mortales. Erat autem propriæ sectæ sophista, nulla in re similis aliis. Etenim tria sunt apud Judæos genera philosophiæ. Horum unum Pharisæi profitentur, alterum Sad-

τηδες ἐν κύπρῳ τὸν ἀπόντα φυλαττόμενος. ὁ δὲ διαχρησάμενος. ἀπολαβὼν μὲν ὁ αὐτὸς καθ' ἑαυτὸν, μᾶλλον ἔφη φόβῳ κρείττονος τὸν ξένον μὴ σύμμαχον τὸν ἀναπεισαντα σε πλουσίως τηλικοῦτον κίνδυνον ἀπολωλεκέναι, ἔστεργε μὲν κρίσεως κρείττονος, καὶ τὸν ἰουδαῖον ἐνδείκνυσθαι, κατεχρήσατο μέντοι αὐτῷ τῇ ὁμοιότητι πρὸς ἐρωτικάς. τοσαῦτα γὰρ εἰληφέναι δῶρα καθ' ἑκάστην πόλιν, ὅσα ζῶν ἀλέξανδρος οὐκ ἔλαβε. γελάσας δὲ ὁ καῖσαρ ἐπὶ τούτοις, τὸν μὲν ψευδαλέξανδρον εἰς ἐυεξίαν σώματος ἐγκατέκλεισε τοῖς ἑρέταις, τὸν ἀναπείσαντα δὲ, σκέλεσιν ἀνδρὸς ἥβην. μᾶλλον δὲ, ἤνεγκεν ἐπιτίμιον τῆς ἀνοίας τὰ ἀναλώματα.

Καφ. ιε.

ΠΑρελαβὼν δὲ τὴν ἐθναρχίαν ἀρχέλαος, καὶ μὴ μνησθεὶς τῆς πάλαι διαφορᾶς, ἀλλὰ καὶ συμπαρεῦσι χρησάμενος ἡμῖν, πρωτοβαμένων ἑκατέρων κατ' αὐτοῦ πρὸς καίσαρα, τὸν δεκάτῳ φυγαδεύει μὲν εἰς βιέννην πόλιν γαλατίας αὐτὸς, ἡ οὐσία δ' αὐτοῦ τῆς καίσαρος ἰδιωτικοῖς ἐγκαταλογεῖ. πρὶν κληθῆναι δ' αὐτὸν ἐνύπνιόν τινα τοῦ καίσαρος, ἐναργῶς ἰδεῖν φασὶ τοιόνδε. ἐδόκει ἑαυτῷ σταχυς ἐπτὰ, τελείους καὶ μεγάλους, ὑπὸ βοῶν καταβιβρωσκομένους. μετεπεμψάμενος δὲ τοὺς μάντεις, καὶ τοὺς χαλδαίων τινὰς, ἐπυνθάνετο τὸ σημαινόμενον. δεκοῦσι δ' ἄλλοις ἄλλως ἐξηγεῖσθαι, σίμων τις ἐσσαῖος τὸν νοῦν ἔφη. τοὺς μὲν σταχυς ἐνιαυτοὺς νομίζειν, τοὺς δὲ βοῦς, μεταβολὰς πραγμάτων, διὰ τὸ τὴν χώραν ἀροτριῶντας ἀλλάσσειν. ἔστε βασιλεύειν μὲν αὐτὸν τῶν σταχύων ἀριθμὸν, ἐν τοσούτοις δὲ πράγμασι μεταβολὰς γινομένοις τελευτήσειν. τοῦτο ἀκούσας ἀρχέλαος, μὴ πέντε ἡμέρας διῆλθε δίκην μεταλήψων. ἄξιον δὲ μνήμης ἡγησάμην καὶ τὸ τῆς γυναικὸς αὐτοῦ γλαφύρας ὄναρ, ἣ πρὸ μὲν ἀρχελάου τοῦ πατὴρ ἀδόκητον βασιλέως, γυνὴ δ' ἀλεξάνδρου γενηθεῖσα τοῦ, ὃς ἦν ἀδελφὸς ἀρχελάου, ὡς ἐδιξάμεθα, μὲς δ' ἡμέρας δὲ τοῦ βασιλέως. ὑφ' ἃ καὶ ἀνῃρέθη, καθάπερ προδιελωκάμεν. μὴ δὲ τὸ σκεῦος ἄλλο τι, συνοίκησιν ἴδια τοῦ βασιλεύοντι λιβύης, ἃ τελευτήσαντος ἐπιπλεῦσαι αὐτὴ καὶ χηρεύσασαν ὑφ' ἑαυτῇ μᾶλλον ἀναπλῶσαι. ἐπὶ θεωρίᾳ δὲ τοῦ, ἐλθεῖν ἐς ἀρχέλαον, ὅτι πεπύστο ἔρωτα ἠλθυῖαν ὑφ' ἑαυτῇ τὸν συνοικοῦσαν αὐτῷ μᾶλλον ἀποπεμψάμενον. σκέψιν ἀφίησιν. ὑφαγορεύει τοίνυν ἐς ἰουδαίους, μετ' ὀλίγον τὰ ἀφίξεως χρείαν, ἐδόκει ὄψεσθαι τὸν ἀλέξανδρον αὐτῇ λέγειν. ἀπιέναι μὲν ἐκ λιβύης αὐτὴν γάμου, σὺν ἢ οὐκ ἀρκεθεῖσαν τούτῳ, πάλιν ὑπὸ τὴν ἐμὴν ἑστίαν ἀνακάμπτειν τρίτον ἄνδρα, καὶ τοῦτο τὸν ἀδελφὸν ἐκ τοῦ μητρὸς τὸν ἐμὸν ἠρημωμένη. τοῦτο οὐ θεμιτὸν ὁμολογεῖν τὸ ὕδωρ, δοκεῖν δὲ ὄψεσθαι καὶ μὴ θέλουσαν. ἓξ τε διηκοσιοστὴν τὸ ὄναρ, δύο μόνας ἡμέρας ἔζησεν. τῆς δὲ ἀρχελάου χώρας εἰς ἐπαρχίαν συνταχθείσης ὑπὸ τῶν ἐπιτροπῶν τῶν ὑφ' ἡγεμονίας πέμπτῃ, μέχρις ἐκτίσθη λαβεῖν ὑφ' ἑαυτὸν καίσαρος ἐξουσίαν.

Καφ. ιζ.

ΕΠὶ τούτου τὸν ἀνῆρ γαλιλαῖος ἰούδας ὁρμᾶται ἐπὶ ἀποστασίαν ἐπήγαγε τοὺς ἀπηχθεμένους, καὶ ζῆλον, ἀφορμὴ τὸ ἡγεμονίους ταλῶν ὑπομένοντας, μὴ τὸν ὑπὲρ θνητοὺς δεσπότην, ἢν ἢ ἔτος, ἀφυσῆς ἰδίας αἰρέσεως, ἰδίων τοῖς ἄλλοις ἀνθρώποις. τρία γὰρ ὑφ' ἰουδαίοις ἐστὶ φιλοσοφεῖν, καὶ ἓ μὲν, αἱρετιστῶν φαρισαίων, ἓ δὲ σαδδουκαίων.

ἀσκοῦσι. κρίνουσι δὲ οὐκ ἀφ' ἡδονῆς συμπότου τὴν ἀσκῆσιν, ἀ-
γαπητοὶ καλοῦσι, ἰσοτίμοις μὲν γὰρ ὄντες, φιλάλληλοι δὲ
καὶ τῶν ἄλλων σπουδαιότεροι. ἐπὶ τοὺς μὲν ἡδονὰς ὡς κακίαν
ἀποστρέφονται, τὸ δὲ ἐγκρατεύεσθαι, καὶ τὸ μὴ τοῖς πάθεσιν
ὑποπίπτειν, ἀρετὴ ὑπολαμβάνουσι. γάμους μὲν ὑπερο-
ψίᾳ παρ' αὐτοῖς, παῖδας δὲ ἀλλοτρίους παιδεύειν ἀκλαμ-
βάνοντες ἀπαλοὺς ἔτι πρὸς τὰ μαθήματα, συγγενεῖς ἡ-
γοῦνται, καὶ τοῖς ἤθεσι τοῖς ἑαυτῶν σφίνυσι. τὸ μὲν γάμου,
καὶ τὸ ἐξ αὐτοῦ διαδοχήν, σβεννύοντες, ἀεὶ δὲ τῶν
γυναικῶν ἀκολάστους φυλαττόμενοι, καὶ μηδεμίαν πι-
στὴν πεπεῖσθαι τὸ πρὸς ἕνα πίστιν. καταφρονηταὶ δὲ πλού-
του, καὶ θαυμάσιον παρ' αὐτοῖς τὸ κοινωνητικόν, ὥστε δὲ ἔστιν
ἰδεῖν κτήσεταί τινα παρ' αὐτοῖς ὑπερέχοντα. νόμῳ δὲ
τοὺς εἰς τὴν αἵρεσιν εἰσιόντας δηλοῦσι τὸ πάγματι τὸ ἀσί-
αν, ὥστε ἐν ἅπασι μήτε πενίας ταπεινότητα φαίνεσθαι,
μήθ' ὑπεροχὴν πλούτου. τῶν δὲ ἑκάστου κτημάτων ἀ-
ναμεμιγμένων, μίαν ὥσπερ ἀδελφοῖς ἅπασιν οὐσίαν
εἶναι, κηλίδα δὲ ὑπολαμβάνουσι τὸ ἔλαιον, κἂν ἀλείφῃ
τις ἄκων, σμήχει δὲ τὸ σῶμα. τὸ γὰρ αὐχμεῖν, ἐν καλῷ πά-
σχειν, λαχόντων τὸ διαπαντός. χειροτονητοὶ δὲ οἱ τῶν
κοινῶν ἐπιμεληταί, καὶ ἀδιαίρετοι πρὸς ἅπαντων εἰς
τὰς χρείας ἕκαστοι. μία δὲ οὐκ ἔστιν αὐτῶν πόλις, ἀλλ' ἐν
ἑκάστῃ μητροῦσι πολλοί, καὶ τοῖς ἐπιφοίτοις ἥκουσιν αἱρε-
τοῖς, ἀναπέπαται τὰ παρ' αὐτοῖς ὁμοίως ὥσπερ ἰδίοις,
καὶ πρὸς οὓς οὐ πρότερον εἶδον, εἰσίασιν ὡς συνηθεστά-
τοις. διὸ καὶ ληστὴν μὲν τὸν ἀποδημίας, οὐδὲν μὴν ὅλως
ἐπικομιζόμενοι. ἀλλὰ τοὺς λησταὶ, ἑτοίμους. κηδεμόνων δὲ
ἐν ἑκάστῃ πόλει τὰ πράγματα ἐξαίρετος, τῶν ξένων ἀπο-
δεξόμενος. ταμιεῖων ἐσθῆτος, καὶ τοῦ ἐπιτηδείου. κατασκευὴ
δὲ καὶ σχῆμα σώματος, ὅμοιον τοῖς μὴ φόβῳ παιδαγω-
γουμένοις παισίν. οὔτε δὲ ἐσθῆτας, οὔτε ὑποδήματα
ἀμείβουσι, πρὶν ἢ διαρραγῆναι τὸ πρότερον παντάπασιν,
ἢ δαπανηθῆναι τῷ χρόνῳ. οὐδὲν ἐν ἀλλήλοις οὔτε ἀγο-
ράζουσιν, οὔτε πωλοῦσιν, ἀλλὰ τῷ χρῄζοντι δίδοὺς ἕκα-
στος τὰ παρ' αὑτοῦ, τὸ παρ' ἐκείνου χρήσιμον ἀντικομί-
ζεται, καὶ χωρὶς δὲ τῆς ἀντιδόσεως, ἀκωλύτως ἡ με-
τάληψις αὐτοῖς παρ' ὧν ἂν ἐθελήσωσι. πρὸς γε μὲν
τὸ θεῖον ἰδίως εὐσεβεῖς. πρὶν γὰρ ἀνασχεῖν τὸν ἥλιον, οὐδὲν
φθέγγονται τῶν βεβήλων. πατρίους δέ τινας εἰς αὐ-
τὸν εὐχὰς ὥσπερ ἱκετεύοντες ἀνατέλλα. μετὰ ταῦ-
τα πρὸς ἃς ἕκαστοι τέχνας ἔσπευσαν, ἕως τῶν ἐπιμελη-
τῶν ἀφίενται, καὶ μέχρι πέμπτης ὥρας ἐργασάμε-
νοι σφοδρῶς, ἔπειτα πάλιν εἰς ἓν ἀθροίζονται χωρίον.
ζωσάμενοί τε σκεπάσμασι λινοῖς, οὕτως ἀπολούον-
ται τὸ σῶμα ψυχροῖς ὕδασι. καὶ μὴ ταύτῃ τῶν
ἀγνείαν, εἰς ἴδιον οἴκημα συναίασιν, ἔνθα μηδενὶ τῶν
ἑτεροδόξων ἐπιτρεπτὸν παρελθεῖν. αὐτοὶ τε καθα-
ροὶ καθάπερ εἰς ἅγιόν τι τέμενος, εἰσδέχονται τὸ
δεκτικώτερον, καὶ καθισάντων μετ' ἡσυχίας, ὁ
μὲν σιτοπώλης, ἑκάστῳ τάξει σιτήσιν ἄρτους. ὁ δὲ
μάγειρος ἓν ἀγγεῖον ἑξ ἑνὸς ἑδέσματος ἑκάστῳ παρ-
εκτήσατο. προκατεύχεται δὲ ὁ ἱερεὺς τῆς τροφῆς,
καὶ γεύσασθαί τινα πρὶν τῆς εὐχῆς ἀδέμιτον. ἀρισ-
τοποιεῖται δὲ ἐπεύχεται πάλιν, ἐρχόμενοί τε, καὶ
παυόμενοι γεραίρουσι τὸν θεὸν, ὡς χορηγὸν τῆς τροφῆς.

ducæi. tertium vero qvod etiam probabilius habetur, Esseni colunt, gente quidem Judæi, verum inter se mutuo amore conjunctissimi: & qui præter cæteros voluptates quidem quasi maleficia vitarent: continentiam vero servare, neque cupiditati succumbere, virtutem maximam ducerent. Itaque nuptias quidem fastidiunt, alienos vero filios, dum adhuc molles sunt, eruditioni traditos pro cognatis habentes, suis moribus diligenter instituunt. non quia conjugia vel humani generis successionem censeant pernicendam: sed quia cavendam putent intemperantiam fœminarum, nullam earum uni viro fidem servare credentes. Qvin & divitiarum contemptores sunt, rerumque apud eos communicatio admirationi habetur, neqve invenias alteri alterum opulentia præstare: legemque sibi dixerunt, ut qui disciplinam suam sectari vellent, bona contubernio publicarent. Ita enim fore, ne vel paupertatis humilitas, vel divitiarum dignitas appareret: sed permixtis facultatibus, velut inter fratres, unum esset omnium patrimonium. Probro autem ducunt oleum, & si quis vel invitus unctus fuerit, munditiis corpus absterget: qvoniam squalorem decorem putant, dummodo semper in veste sint candida. Designatos autem communium rerum procuratores habent, & ad usus omnium singulos indivisos. Non est autem illis una civitas certa, sed in singulas multi domicilia transferunt, & aliunde adventientibus sectæ suæ professoribus, qvicquid habeant promptum exhibent quasi proprium. Denique tanquam consuetissimi ad eos ingrediuntur, quos nunqvam ante viderunt. Hinc est qvod cum peregrinantur, propter latrocinia tantum armantur, neqve præterea quicquam ferant. In singulis autem civitatibus, ex eodem collegio specialis curator hospitum constituitur: qui eorum vestimenta cæteraque usui necessaria tueatur. Amictus autem cultusque corporis omnibus pueris, in metu & sub cura magistri agentibus par est. Nec vero vestitum sive calceos mutant, nisi aut omnino consciissis prioribus, aut longi temporis usu consumptis. Nihil autem inter se mercantur aut vendunt: sed egenti quisque qvod habet præbens, refert ab eo qvod ipse non habet: quamvis etiam sine permutatione cunctis libera sit facultas, à quibus libuerit accipiendi qvod opus sit. Præcipuè circa Deum religiosi sunt. Namque ante solis ortum nihil profani loqvuntur, sed ei patria quædam vota celebrant, quasi ut oriatur precantes. Deinde ad quas venerunt singuli artes, à curatoribus dimittuntur. Cumque ad horam qvintam studiose fuerint operati, rursus in unum congregantur: linteisque præcincti velaminibus, ita corpus aqvis frigidis abluunt. Atque hac lustratione facta in eadem secreta coeunt, qvo neminem alterius sectæ hominem spirare concessum est, ipsique purificati, velut in sanctum qvoddam templum in cœnaculum veniunt: qvibus ibi cum silentio residentibus, pistor quidem panes ordine, unum autem vasculum ex uno pulmento singulis cocus apponit. Deinde voce cibum sacerdos antevenit: neque gustare quenquam fas est, nisi prius Deo celebretur oratio. Post finem qvoqve prandii vota repetunt. Nam & cum incipiunt, & cum desinunt, quasi datorem victus, Deum laudibus canunt.

Tunc veluti ſacris illis depoſitis veſtimentis, in opere uſque ad veſperam verſantur. Similiterque inde reverſi cœnant, conſedentibus etiam hoſpitibus, ſi quos forte interveniſſe repererint. Neqve vero clamor unquam tectum illud, neque tumultus inqvietat: cum etiam loquendi ordine aliis alii cedant: eorumque ſilentium, extra tectum conſtitutis arcanum quoddam videatur venerabile. Cujus quidem rei perpetua ſobrietas cauſa eſt, qvodqve apud eos edendi aut potandi modus ſaturitate definitur. Sed qvamvis aliarum rerum nihil ſine præcepto faciunt curatoris, tamen in his duobus, hoc eſt juvando & miſerendo ſui juris ſunt. Nam & ſubvenire dignis, cum opus eſt, ſuo arbitrio cuique licet, & indigentibus alimenta porrigere. Sane cognatis dare aliquid ſine curatoribus, interdictum. Iidem iracundiæ moderatores juſti ſunt, indignationem cohibent, fidem tuentur, paci obſecundant: & omne qvod dixerint, jurejurando fortius habent. Ipſum autem jusjurandum quaſi perjurio deterius vitant. Jam enim mendacii condemnatũ arbitrantur, cui ſine Deo non creditur. Summum autem ſtudium veterum ſcriptis adhibent: ea maxime inde, quæ animæ & corpori expediant eligentes. Hinc illis morborum remedia, ſtirpes medicæ, quamque vim propriam ſinguli lapides habeant, rimantibus conquiruntur. Sectæ vero ſuæ ſtudioſis non ſtatim cum eis una collectio. ſed per annum integrum extrinſecus commoranti cuique eundem victus ordinem tribuunt: dolabellam quoqve, & qvod prædictum eſt perizoma, & albam veſtem tradentes. Cum vero proceſſu temporis experimentum continentiæ dederit, accedit etiam ad communem cibum: & purioribus, ob caſtificationem ſcilicet, aquis participat: neque tamen in convictum aſſumitur. Poſt oſtenſionem quippe continentiæ, duobus annis aliis mores ejus probantur. Cumque dignus apparuerit, tunc demum in conſortium aſſumitur. Prius vero quam incipiat communem habere cibum, magnis execrationibus adjurat ſe primum quidem colere Deum, deinceps qvoqve erga homines ſervare juſtitiam, & neque propria ſponte nocere cuiquam, neqve ex præcepto obeſſe: quin imo iniquos omnes odiſſe, & collaborare ſemper juſtitiæ ſectatoribus, fidem omnibus ſervare, maxime vero principibus. Neqve enim abſque voluntate Dei, cuiquam poſſe principatus potentiam contingere. Si vero ipſe cæteris præſit, nunquam ſe abuſurum viribus poteſtatis ad contumeliam ſubjectorum, ſed neqve veſte aut ambitioſo aliqvo ornatu reliquis eminere, veritatem ſemper diligere, & habere propoſitum convincere mẽtientes. Manus vero a furto, & animam puram ſervare ab injuſtis compendiis: & neq; aliqvid de myſteriis conſectaneos celare, neq; profanis eorum qvippiam publicare, etiam ſi intentata qviſpiam morte compellat. Super hæc autem addunt, nihil ſe de dogmatibus aliud quam ipſi ſuſceperint, tradere. Fugere autem latrocinia, & conſervatum jus ſimul & dogmatis ſui libros & angelorum nomina. His quidem execrationibus explorant, & quaſi præmuniunt accedentes. Deprehenſos vero in peccatis à ſua congregatione depellunt: & qui taliter fuerit condemnatus, miſerabili plerunqve morte conſumitur.

ἔνθεα ὡς ἱερὰς καταθέμενοι τὰς ἐσθῆτας, πάλιν ἐπ' ἔργα μέχρι δείλης τρέπον. δεπνοῦσι δ' ὡσαύτως ὁμοίως συγκαθεζομένων τῶν ξένων, εἰ τύχοιεν αὐτοῖς παρόντες. οὐδὲ κραυγὴ ποτὲ τὸν οἶκον, οὔτε θόρυβος λώιστ. πάντες δ' ἀλλήλοις ἐν τάξει προχωροῦσιν ἀλλήλοις, καὶ τοῖς ἔξωθεν, ὡς μυστήριόν τι φρικτὸν, ἡ τῶν ἔνδον σιωπὴ καταφαίνει. τοῦτο δ' αὔτιον, ἡ διαιτητικὴ νῆψις, καὶ τὸ μετρεῖσθαι παρ' αὐτοῖς τροφὴν καὶ πόσιν, μέχρι κόρου τῶν μὲν οὖν ἄλλων οὐδὲν ἔστιν ὅτι μὴ τῶν ἀπεμέτων προσεξαίντων ἐνεργοῦσι. δύο δ' ταῦτα παρ' αὐτοῖς αὐτεξούσια, ἐλεημοσύνη καὶ ἔλεος. βοηθεῖν τε γὰρ τοῖς ἀξίοις ὁπόταν δέοντ', καὶ κατ' αὐτοὺς ἀφιᾶσι, καὶ τροφὰς ἀπερουμένοις ὀρέγειν. τοὺς δ' ἐκ τῶν συγγενῶν μετιόντας, οὐκ ἔξεστι πωλεῖν δίχα τῶν ἀπεστόρων. ὀργῆς ταμίαι δίκαιοι, θυμοῦ καθεκτικοὶ, πίστεως σπουδαῖοι, εἰρήνης ἐπίμονοι. καὶ πᾶν μὲν τὸ ῥηθὲν ὑπ' αὐτῶν ἰσχυρότερον ὅρκου. τὸ δ' ὀμνύειν αὐτοῖς ἀπαίτητον, χρέος τε τὸ ἐπιορκίας ὑπολαμβάνοντες. ἤδη γοῦν ἤδη κατεγνώσθη φασὶ τὸν ἀπίστου μόνον, δίχα θεοῦ. ἀπευθύζουσι δ' ἐκπαλαι τοὺς τῶν παλαιῶν συγγράμματα, μάλιστα τὰ περὶ ὠφέλειαν ψυχῆς καὶ σώματος ἐκλεγόντες. ἐνθεν αὐτοῖς περὶ θεραπείαν παθῶν, ῥιζῶν τε ἀλεξιτήριοι, καὶ λίθων ἰδιότητες ἀνερεύνηνται. τοῖς δ' ζηλοῦσι τὴν αἵρεσιν αὐτῶν, οὐκ ἐν χρόνῳ ἡ πάροδος, ἀλλ' ἐπὶ ἐνιαυτὸν τὸν ἔξω μένουσι τὸν αὐτὸν ὑποτιθεῖσι διαιταν, ἀξινάριόν τε, καὶ τὸ περιρρημένον περίζωμα, καὶ λευκὴν ἐσθῆτα δόντες. ἐπειδὰν δ' ταύτῃ τῇ ζώνῃ τὴν αἵρεσιν ἐγκρατεῖς δῷ, περαιτέρω μὲν ἐκλύειν τὴν διαιταν, καὶ καθαρωτέρων τῶν πρὸς ἁγνείαν ὑδάτων μεταλαμβάνειν. προσλαμβάνει δ' οὐδέπω. μὴ γὰρ τὴν ἐκ καρτερίας ἀπόδειξιν δυσὶν ἄλλοις ἔτεσι τὴν ἦθος δοκιμάζει. καὶ φανεὶς ἄξιος, οὕτως εἰς τὸν ὁμιλεῖν ἐγκρίνεται. πρὶν δ' τῆς κοινῆς ἅψασθαι τροφῆς, ὅρκους αὐτοῖς ὁμνύει φρικώδεις, πρῶτον μὲν εὐσεβήσειν τὸν θεὸν, ἔπειτα τὰ πρὸς ἀνθρώπους δίκαια φυλάξειν, καὶ μήτε κατ' γνώμην βλάψειν τινὰ, μήτε ἐξ ἐπιτάγματος. μισήσειν δ' ἀεὶ τοὺς ἀδίκους, καὶ συναγωνιεῖσθαι τοῖς δικαίοις. τὸ πίστον ἀεὶ παρέξειν πᾶσι, μάλιστα δ' τοῖς κρατοῦσιν. οὐ γὰρ δίχα θεοῦ τεύξεσθαι τινὶ τὸ ἄρχειν, κἂν αὐτὸς ἄρχῃ, μηδὲ ποτὲ ἐξυβρίζειν εἰς τὸ ἐξουσίαν, μηδὲ εἰδῆται, ἢ τινι τρόπῳ κόσμῳ τοῦ ὑποτεταγμένους ὑπερλαμπρύνειν. τὸν ἀληθείας ἀγαπᾶν ἀεὶ, καὶ τοὺς ψευδομένους ἐλέγχειν. χεῖρας μὲν ἁλλοτρίας κλοπῆς, καὶ ψυχὴν ἀνόσιον κέρδους καθαρὰν φυλάξειν. καὶ μήτε κρύψειν τι τῶν αἱρετιστῶν, μήτε ἑτέρους αὐτῶν τι μυστῶν, κἂν μέχρι θανάτου τις βιάζηται. πρὸς τούτοις, ὀμνύουσι μηδενὶ μὲν μεταδώσειν τῶν δογμάτων ἑτέρως, ἢ ὡς αὐτὸς μετέλαβεν. ἀφέξεσθαι δ' λῃστείας, καὶ συντηρήσειν ὁμοίως πάντα τὰ τῆς αἱρέσεως αὐτῶν βιβλία, καὶ τὰ τῶν ἀγγέλων ὀνόματα. τοιούτοις μὲν ὅρκοις τοὺς προσιόντας ἐξασφαλίζονται. τοὺς δ' ἐπ' ἀξιοκρίτοις ἁμαρτήμασιν ἁλόντας, ἐκβάλλουσι τάγματος. ὁ δὲ ἐκπεσὼν, οἰκτίστῳ πολλάκις μόρῳ ἀπόλλυται. τοὺς γὰρ

ὑπ' ἄλλων ἀναγκασθέντας ὀμόσαι, οὐ πιστεύουσιν, ὡς καὶ ψεύσασθαι δυναμένους, ἐπειδὴ μὴ θεὸν ἐμμένουσιν. ἐπὶ δὲ τοῖς ἐμμένουσιν, ἐπὶ τοῖς ἐν τῇ αἱρέσει μένουσιν, ἐπὶ τούτοις ἐλεοῦσιν ἐπὶ τοῖς ἐν τῇ αἱρέσει μένουσιν, ἐπὶ τούτοις ἐλεοῦσιν ἐπὶ τοῖς ἐν τῇ αἱρέσει μένουσιν, ἐπὶ τούτοις ἐλεοῦσιν

τοὺς γὰρ ἄρχοντας καὶ τοὺς ἔξωθεν ἐνδεδεμένῳ, οὐδὲ τῆς ἀπὸ τῆς ἄλλοις τροφῆς δύνασθαι μεταλαμβάνειν. τὰ μὲν φαγῶν ἢ καὶ λιπὼν τὸ σῶμα τηκόμενος, ἀλοφθίσεως. διὸ δὴ πολλοὺς ἐλεήσαντες ἐν ταῖς ἐσχάταις ἀναπνοαῖς ἀνέλαβον, ἱκανὰ δοκοῦντα τοῖς ἁμαρτήμασιν αὐτῶν τὸν μέχρι θανάτου βάσανον ἡγούμενοι. τοὺς δὲ τοὺς κρίνοντας, ἀκριβεστάτους καὶ δικαίους. καὶ δικάζουσι μὲν σὺν ἐλάττοσι τῶν ἑκατὸν συνελθόντες. τὸ δὲ ὁρισθὲν ὑπὸ αὐτῶν ἀκίνητον. σέβας δὲ μέγιστον παρ' αὐτοῖς μετὰ τὸν θεὸν, τὸ ὄνομα τοῦ νομοθέτου, καὶ ἂν βλασφημήσῃ τις εἰς τοῦτον, κολάζεσθαι θανάτῳ, τοῖς δὲ πρεσβυτέροις ὑπακούειν καὶ τοῖς πολίταις, οὐ καλῶς πίστευον. δέκα γοῦν συγκαθεζομένων σὺν ἂν λαληθείη τις ἀκόντων τῶν συνέδρων. καὶ τὸ πίνειν δὲ εἰς μέθους, ἢ τὸ δεξιὸν μέρος φυλάσσοντας, καὶ τοῖς ἑβδομάσιν ἔργων ἐφάπτεσθαι, διαφορώτατα ἰουδαίων ἁπάντων. οὐ μόνον γὰρ τροφὰς ἑαυτοῖς ἐς ἡμέρας μιᾶς ὠφελησκάζουσιν, ὡς μὴ δὲ πῦρ ἁνάσσειν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ. ἀλλ' οὐδὲ σκεῦος τι μεταχειρίσασθαι θεράπαινα, οὐδὲ ἀποπατεῖν. τοῖς δὲ ἄλλαις ἡμέραις βάθρον ὀρύσσοντας βάθος ποδιαῖον τῇ σκαλίδι, πλοῦτον γὰρ ἐστὶ τὸ διδόμενον ὑπὸ αὐτῶν ἀξιπίδιον τοῖς νεοσυλλέκτοις, καὶ ἐπικαλύψαντες ἱματίοις ὡς μὴ τὰς αὐγὰς ὑβρίζοιεν ἡ θεοῦ, ἀκκεύουσιν εἰς αὐτὸν, ἅπαξ τοῦ ἀνορυχθέντος γῆν, ἐφέλκουσιν εἰς τὸν βόθρον, καὶ τοῦτο ποιοῦσι τοὺς ἐρημοτέρους τόπους σκληρύνοντες. καὶ περὶ τὴν φυσικὴν οὖσης τῆς τῶν σωματικῶν λυμάτων ἀκκρίσεως, ἀπολούεσθαι μετ' αὐτὰ, καθάπερ μεμιαμμένοις ἔθιμον. διήρηται δὲ κατὰ χρόνους τῆς ἀσκήσεως, εἰς μοίρας τέσσαρας, καὶ τοσοῦτον οἱ μεταγενέστεροι τῶν προγενεστέρων ἐλάττονται, ὡς τὸ εἰ ψαύσαι αὐτῶν ἑκάστους ἀπολούεσθαι· καθάπερ ἀλλοφύλῳ συμφυρέντας. καὶ μακροβίους μὲν ὡς τὰς πολλοὺς ὑπὲρ ἑκατὸν ὠφάπτειν ἔτη, διὰ τὴν ἀπλότητα τῆς διαίτης, ἔμοιγε δοκεῖν, καὶ τὴν ἀπαξίωσιν καταφρονητὴν δὲ τῶν δεινῶν, καὶ τὰς μὲν ἀλγηδόνας νικῶντες τῇ φρονήσει, τὸν δὲ θάνατον εἰ μετ' εὐκλείας πρόσοιεν, νομίζοντες ἀθανασίας ἀμείνω. διήλεγξε δὲ αὐτῶν ἐν ἅπασι τοῖς ψυχαῖς, ὁ πρὸς ῥωμαίους πόλεμος· ἐν ᾧ τρεβλούμενοι, καὶ λυγιζόμενοι, καμπτόμενοί τε, καὶ κλωμένοι, καὶ διὰ πάντων ἐβάζοντες τῶν βασανιστηρίων ὀργάνων, ἵνα ἢ βλασφημήσωσι τὸν νομοθέτην, ἢ φάγωσί τι τῶν ἀσυνήθων ἢ δὴ ἕτερόν τι ὑπομεῖναι παθεῖν, ἀλλ' οὐδὲ κολακεύσαι ποτὲ τοὺς αἰκιζομένους, ἢ δακρύσαι. μειδιῶντες δὲ ἐν ταῖς ἀλγηδόσι, καὶ καταγελῶντες τῶν τοὺς βασάνους προσφερόντων, ἐθυμοῦτο τὰς ψυχὰς ἠφίεσαν, ὡς πάλιν κομιούμενοι. καὶ γὰρ ἔξω δὲ παρ' αὐτοῖς ἥδε ἡ δόξα, φλαυρὰ μὲν εἶναι τὰ σώματα, καὶ τὰ ὕλεα οὐ μένιμον αὐτοῖς. τὰς δὲ ψυχὰς ἀθανάτους ἀεὶ διαμένειν. καὶ συμπλέκεσθαι μὲν ἐκ τῶν λεπτοτάτου φοιτώσας αὔρᾳ, ὥσπερ εἰρκταῖς τοῖς σώμασιν εἴσω τινὶ φυσικῇ καταπεμφθείσας. ἐπειδὰν δὲ ἀνεθῶσι τῶν κατὰ σάρκα δεσμῶν, οἷον δὴ μακρᾶς δουλείας ἀπηλλαγμένοις, οὕτω χαίρειν καὶ μετεώρους φέρεσθαι. καὶ τοῖς μὲν

A Illis quidem sacramentis, ac ritibus obligatus, neque capere ab aliis oblatum cibum potest. herbas vero pecudum more decerpens, & fame exesus per membra corrumpitur. Ob quod etiam plurimos plerumque miserati, extremum spiritum agentes receperunt: sufficientem pro peccatis eorum quæ usque ad mortem adduxerit, pœnam luisse censentes. In judiciis vero sunt B diligentissimi atque justissimi. Disceptant autem non minus quam centum in unum coacti: quod autem his decretum fuerit, immobile manet: Veneratio quoque apud eos post Deum magna legislatoris est: ita ut si quis eum blasphemaverit, morte damnetur. Senibus vero obedire & plurium quorumque decreto, probabile arbitrantur officium. Cum simul C denique sederint decem, nullus unus novem loquitur invitis. Expuere quoque in medium eorum, vel in dexteram sui partem, quisque devitat. Sabbatis quoque operationem aliquam contigisse, omnibus Judæis diligentius cavent: neque cibum sibi solum pridie præparant, ne videlicet illo die ignem accendant: sed neque vas aliquod transponere audent, imo nec alvum D purgant. Aliis autem diebus fodientes foveam uno pede altam σκαλίδι, hoc est, illa dolabella quam tradi nuper accedentibus diximus, dimissa veste sese diligentissimè contegentes, ne scilicet splendori divino injuriam faciant, in eadem fovea abonere ventris levantur, ac deinceps terram quam effoderant reducunt: idque ipsum faciunt in locis secretissimis: & cum na- E turalis sit ista purgatio, nihilominus tamen solenne habent, ut quasi ab immunditia diluantur. Discernuntur autem inter se, secundum susceptæ abstinentiæ tempora, in ordines quatuor: tantumque; hi qui juniores sunt, inferiores præcedentibus æstimantur, utsi aliquos eorum contigerint, quasi à contrectatu alienigenæ diluantur. Vivunt autem quam longissimè, ita ut plurimi eorum usque ad centenariam proferantur ætatem, propter simplicitatem F victus, ut equidem puto, & institutionem bene in omnibus ordinatam. Sunt etiam contemptores adversorum: cruciatus siquidem vincunt firmitate consilii: Mortem vero, si cum decore obeunda sit, judicant etiam immortalitate meliorem. Prodidit autem eorum in omnibus negotiis animos, bellum quod gestum est G cum Romanis. Tunc siquidem per artuum confractiones & ignes, ac per tormenta omnigena transeuntes, ut videlicet vel in legislatoris aliquid loquerentur injuriam, vel ciborum quippiam quod non solent, ederent, ad neutrum horum potuerunt compelli: sed neque deprecari suos tortores, aut inter ipsa fieri supplicia: in mediis quinimo cruciatibus subridentes, & eis qui tormenta admoverant illudentes, constanter animas cum quadam hilaritate reddebant, scilicet quasi quieas essent denuo recepturi. Opinio quippe apud illos firmata consistit, corruptibilia quidem esse corpora materiamque eorum non esse perpetuam: animas autē immortales semper manere, & de æthere subtilissimo commeantes, quasi carceribus ita corporibus implicari, velut quas illecebra naturalis attraxerit. Cum vero fuerint a carnalibus relevatæ vinculis, quasi de servitute longissima liberatas, ita illico lætari eas, sublimesque ferri. Et quidem

bonas concinentes in hoc Græcorum ſententiis, pronuntiant ultra Oceanum degere, ubi eis ſit repoſita perfruitio: illic quippe eſſe regionem, quæ neque imbribus, neqve nivibus, neqve æſtibus aggravetur: ſed qvam Oceano oriens Zephyrus, & leniter aſpirans amœnet. Malis autem animabus procelloſa loca & hyberna delegant, plena gemitibus exercendarum ſine fine pœnarum. Videntur autem mihi ſecundum hanc ipſam inteHigentiam Græci qvoqve fortibus ſuis, qvos Heroas & ſemideos vocaverunt, beatorum inſulas ſequeſtraſſe: improborum autem animabus locum apud inferos impiorum: in quo etiam cruciari quoſdam commentati ſunt, Siſyphos videlicet, & Tantalos, & Ixiones, & Tityos: principio quidem immortales eſſe animas exiſtimantes, ob adhortationem utique virtutis dehortationemque nequitiæ: bonos quippe fieri in hujus vitæ conſervatione meliores, per ſpem bonorum etiam poſt lucem redhibendorum: improborum autem impetum retardari æſtimantes: qvoniam etſi in hujus vitæ ſpatio latuerint, poſt obitum tamen ſint immortalia tormenta paſſuri. Hæc ſunt ergo quæ Eſſeni de divinitate animæ philoſophantur, plane illecebram inevitabilem eis qui ſemel de eorum ſapientia guſtaverint, reponentes. Sunt autem in eis qui etiam futura noſſe promittant, ſacris videlicet libris, & variis ſanctificationibus, prophetarumque dictis à primis ætatibus adhærentes: raro autem accidit ut prædictiones eorum fruſtratio conſequatur. Eſt autem aliud etiam Eſſenorum collegium, cibos quidem & mores legeſque ſimiles cum prioribus habens, diſtans vero opinione de conjugio. Maximam ſiquidem vitæ hominum partem, ſucceſſionem ſcilicet, amputare eos qui abſtinęant nuptiis arbitrantur: quippe ſi in eandem velint omnes ire ſententiam, defecturum confeſtim genus humanum. Nihilominus autem cum tanta ipſi moderatione conveniunt, ut per triennium explorent valetudinem fœminarum: & ſi conſtanti purgatione apparuerint idoneæ partui, ita eas in matrimonia aſciſcunt. Nemo tamen eorum cum prægnante concumbit: ut oſtendant, qvod nuptias non voluptatis, ſed liberorum cauſa inierint. Lavantibus autem fœminis, ita ut viris perizomatum ineſt amictus. Tales ſunt mores hujus collectionis. Duorum autem priorum ordinum, Phariſæi dicuntur, qui certiorem legalium rituum notitiam profitentur: & hi primum dogma habent, ut fato & Deo univerſa deputent: & quidem vel agere quæ juſta ſunt, vel negligere, ſecundum majorem partem eſſe in hominibus profitentur: adjuvare tamen in ſingulis & fatum. Animam autem omnem quidem incorruptam eſſe, tranſire autem in alia corpora ſolas bonorum, improborum vero interminabili ſupplicio cruciari. Sadducæi porro, ſecundus ordo, fatum omnino negant: & Deum extra omnem mali patrationem inſpectionemq; conſtituunt. Ajunt autem electioni hominum vel bonum, vel malum eſſe propoſitum: & ſecundum voluntatem propriam, alterutrum unicuique contingere. Animarum autem generaliter vel ſupplicia denegant vel honores. Et Phariſæi quidem ſociales: & qvi ſtudeant ſe mutua dilectione complecti: Sadducæi vero & inter ſe feris moribus diſcrepantes,

A ἀγαθᾶς, ὁμοδοξοῦντες παρὰ ἑλλήνων, ὅσοι φαίνονται τὰ ἥρωα ὠκεανὸν διοικεῖν ἀπολαῦσαι, καὶ χῶρον, οὔτε ὄμβροις, οὔτε νιφετοῖς, οὔτε καύμασι βαρυνόμενον, ἀλλ' ὃν ἐξ ὠκεανοῦ πρᾶος ἀεὶ ζέφυρος, ἐπιπνέων ἀναψύχει, τοῖς δὲ φαύλοις, ζοφώδη, καὶ χειμέρια ἀφορίζοντες μυχὸν, γέμοντα τιμωριῶν ἀϊδιαλείπτων. δοκοῦσι δέ μοι κατὰ τὰ αὐτὰ ἔννοιαν ἕλληνες, τοῖς τε ἀνδρείοις αὐτῶν, οὓς ἥρωας καὶ ἡμιθεοὺς καλοῦσι, τὰς B μακάρων νήσους ἀνατεθεικέναι. τοῖς δὲ τῶν πονηρῶν ψυχαῖς, καθ' ᾅδου τὸν ἀσεβῶν χῶρον, εἶθα καὶ κολαζομένους τινὰς μυθολογοῦσι, σισύφους καὶ τανταλους, καὶ ἰξίονας, καὶ τιτυούς, πρῶτον μὲν ἀϊδίους ὑφιστάμενοι τὰς ψυχὰς, ἔπειτα εἰς τετραχοῦ δίκης καὶ κακίας διαιροῦντες. τοὺς τε γὰρ ἀγαθοὺς γίνεσθαι, κατὰ τὸν βίον ἀμείνους, ἐλπίδι τιμῆς καὶ μετὰ τὸν πλάτωνα. τὰς τε κακῶν ἐμποδίζεσθαι τὰς ὁρμὰς δέει, τιμωρουμένων τὰ C καὶ λάθοιεν ἐν τῷ ζῆν, μετὰ τὸν ἀφάνισιν αἰώνιον τιμωρίαν ὑφέξειν. τάδε μὲν οὖν ἑστίασι περὶ ψυχῆς θεολογοῦσιν, ἀφυκτον δέλεαρ τοῖς ἅπαξ γευσαμένοις τῆς σοφίας αὐτῶν ἐγκαθέντες. εἰσὶ δὲ καὶ τῶν αὐτῆς οἱ καὶ τὰ μέλλοντα προγινώσκειν ἐπιχειροῦσι, βίβλοις ἱεραῖς, καὶ ἁγνείαις ἀγγείοις, καὶ προφητῶν ἀποφθέγμασιν ἐμπαγδοτερεύοντες. ἀπάνιον δ' ἔστιν ἐν ταῖς προαγορεύσεσιν ἀστοχήσουσιν. ἔστι δὲ καὶ ἕτερον ἑστίων τάγμα, ὁ γάμων μὲν καὶ ἐξ D ἧς καὶ νόμιμα τοῖς ἄλλοις ἐμφρονοῦσι, διεσῶς δὲ τῇ κατὰ γάμον δέξει. μέγιστον γὰρ ἁποκόπτειν οἰόμενοι τοῦ βίου μέρος τὰν διαδοχὰν, τοὺς μὴ γαμοῦντας, μᾶλλον δὲ πάντες τὸ αὐτὸ φρονήσειαν, ἐκλιπεῖν ἅπαν τὸ γένος τάχιστα. δοκιμάζοντες μὲν τὰς τελείας τὰς γαμετὰς, ἐπειδὰν τρεῖς καθαιμάτων εἰς πεῖραν τὴν δυνάσθαι τίκτειν, οὕτως ἄγονται, τοῖς δ' ἐγκύμοσιν οὐχ ὁμιλοῦσιν, ἐνδεικνύμενοι, τὸ μὴ δι' ἡδονὴν, ἀλλὰ τέκνων χρείαν γαμεῖν. λουτρὰ δὲ τοῖς γυναιξὶν ἀμπεχομένοις ἐνδύματα, καθάπερ τοῖς ἀνδράσιν ἐν περιζώματι. τοιαῦτα μὲν ἐκ τῶδε τάγματος. δύο δὲ τῶν προτέρων, φαρισαῖοι μὲν, οἱ δοκιμώτεροι τὰ νόμιμα, καὶ τὴν πρώτην ἀπονέμοντες αἵρεσιν, εἱμαρμένῃ τι καὶ θεῷ προσαπίστως πάντα. καὶ τὸ μὲν πράττειν τὰ δίκαια, καὶ μὴ, κατὰ τὸν τοῦτο δὴ τοῖς ἀνθρώποις κεῖσθαι. βοηθεῖν δὲ εἰς ἕκαστον, καὶ τῷ εἱμαρμένῃ. ψυχὴν δὲ πᾶσαν μὲν ἄφθαρτον, μεταβαίνειν δὲ εἰς ἕτερον σῶμα, τὰν τῶν ἀγαθῶν μόνην. τὰν δὲ τῶν φαύλων, ἀϊδίῳ τιμωρίᾳ κολάζεσθαι. σαδδουκαῖοι δὲ τὸ δεύτερον τάγμα, τὴν μὲν εἱμαρμένην παντάπασιν ἀναιροῦσι, καὶ τὸν θεὸν ἔξω δρᾶν τι κακὸν, ἢ ἐφορᾶν τίθενται. φασὶ δὲ ἐπ' ἀνθρώπων ἑκλογῇ, πρὸς καλὸν καὶ τὸ κακὸν παρεῖσθαι. καὶ τὸ κατὰ γνώμην ἑκάστῳ τούτων ἑκάτερον παρεῖναι. ψυχῆς τε τὰν διαμονὰν, καὶ τὰς κατ' ᾅδου τιμωρίας καὶ τιμὰς, ἀναιροῦσι. καὶ φαρισαῖοι μὲν φιλάλληλοί τε, καὶ τὴν εἰς τὸ κοινὸν ἐμμονὴν ἀσκοῦντες. σαδδουκαίων δὲ, καὶ πρὸς ἀλλήλους τὸ ἦθος ἀγριώτερον, καὶ

αὐτὰ

αἵτι δημιξίαν πρὸς τοὺς ὁμοίους ἀπηνεῖς ὡς πρὸς ἀλ- A & conversatio eorum circa exteros inhumana.
λοτρίους. τοιαῦτα μὲν τῶν ἐν Ἰουδαίοις φιλοσο-
φούντων εἶχον ἐπεῖν.

ΚΕΦ. ιγ.

Τῆς ἀρχελάου ἐθναρχίας μεταπεσούσης εἰς ἐπαρ-
χίαν οἱ λοιποὶ, Φίλιππός τε καὶ Ἡρῴδης ὁ κληθεὶς
ἀντίπας, διῴκουν τὰς ἑαυτῶν τετραρχίας. σελώ-
μη δὲ πλεῖστα, Ἰουλία τῇ Σεβαστοῦ γυναικὶ τέλη τε
αὐτῆς τοπαρχίαν καὶ Ἰαμνίαν, καὶ τοὺς ἐν Φασαηλίδι B
Φοινικῶνας κατέλιπεν. μεταβάσης δὲ εἰς πρεσβύτερον τὸν
Ἰουλίας υἱὸν τὴν Ῥωμαίων ἡγεμονίας, μετὰ τέλη αὐγούστου
πλεῖστην, ἀφῆκε μὲν τῶν πραγμάτων ἔτεσιν ἑπτὰ
καὶ πεντήκοντα, πρὸς δὲ μησὶν ἓξ καὶ ἡμέρας δυσὶν, διαμε-
ίνας ἐν τῇ τετραρχίᾳ, ὅτε Ἡρῴδης καὶ Φίλιππος,
ὁ μὲν πρὸς τῇ Ἰορδάνου πηγῇ ἐν πανεάδι πόλιν κτίσει
καισάρειαν, καὶ τῇ κάτω γαυλανιτικῇ· ἰουλιάδα.
Ἡρῴδης δὲ ἐν μὲν τῇ Γαλιλαίᾳ, πρὸς ἑλάδαι δὲ τῇ πε-
ραίᾳ, φερώνυμον ἰουλίας.

ΚΕΦ. ιδ.

Πεμφθεὶς δὲ εἰς ἰουδαίαν ὑπὸ τιβερίου Καίσαρος πι-
λάτος, νύκτωρ κεκαλυμμένους εἰς ἱεροσόλυμα
παρεισκομίζει τὰς καισαρείους εἰκόνας, σημαίαν
καλοῦσι. τοῦτο μεθ' ἡμέραν μεγίστην τοῦ ταραχὴν ἤγειρεν
ἰουδαίων. οἵτε καὶ ἐγγὺς μὲν τῆς ὄψεως ἐξεπλάγησαν,
ὡς πεπατημένων αὐτοῖς τῶν νόμων. οὐδὲν γὰρ ἄξιόν ἐν
τῇ πόλει δείκηλον πλήθους. καὶ πρὸς τὴν ἀγανάκτη- D
σιν τῶν κατὰ τὴν πόλιν ἀθρόως ἐκ τῆς χώρας λαὸς συνε-
ῤῥύησεν. ὁρμήσαντες δὲ πρὸς τὸν πιλάτον εἰς καισάρειαν, ἱκέτευον ἐξενεγκεῖν ἱεροσολύμων τὰς σημαίας, καὶ
τηρεῖν αὐτοῖς τὰ πάτρια. πιλάτου δ' ἀρνουμένου περὶ τ
ἱκεσίαν. πέλεως καταπέσοντες ἐπὶ πεντεκαίδεκα ἡμέρας ἐν νύ-
κτας ἴσας, ἀκίνητοι διεκαρτέρουν. τῇ δὲ ἑξῆς ὁ πιλάτος
καθίσας ἐπὶ βήματος ἐν τῷ μεγάλῳ σταδίῳ, καὶ προσ-
καλεσάμενος τὸ πλῆθος, ὡς δὴ κἀκείνοις δῆθεν αὐ-
τοῖς θέλων, δίδωσι τοῖς στρατιώταις σημεῖον, ἐκ συντάγ-
ματος κυκλώσασθαι τοὺς ἰουδαίους τοῖς ὅπλοις. περισταν-
τες δὲ τριχῇ τῆς φάλαγγος, οἱ ἰουδαῖοι μὲν ἀχανεῖς
ἦσαν, πρὸς τὸ ἀδόκητον τῆς ὄψεως. πιλάτος δὲ κατακό-
ψειν εἰπὼν αὐτοὺς, εἰ μὴ προσδέξαιντο τὰς καισαρ-
είους εἰκόνας, γυμνοῦν τε ξίφη τοῖς στρατιώταις ἐνέδευ. οἱ δὲ ἰου-
δαῖοι καθάπερ ἐκ συνθήματος ἀθρόοι καταπέσοντες, καὶ F
τοὺς αὐχένας ὑποκλίναντες. ἑτοίμους εἰς ἀναίρεσιν
σφᾶς ἔδειαν μᾶλλον. ἢ τὸν νόμον ὑποβλασφημεῖσθαι. ἐνθέμενοι
μάσας δὲ ὁ πιλάτος τὸ τῆς δεισιδαιμονίας ἀκρατὲς,
ἐκκομίσαι μὲν αὐτίκα τὰς σημαίας ἱεροσολύμων κε-
λεύει. μετὰ ταῦτα, ταραχὴν ἑτέραν σκιᾷ, τὸ ἱερὸν θη-
σαυρὸν, καλεῖται δὲ κορβωνᾶς, εἰς κατασκευὴν ὑδάτων
ἐξανηλίσκων. κατῆγε δὲ ἀπὸ τετρακοσίων σταδίων. πρὸς
τοῦτο δὲ πλήθους ἀγανάκτησις λεὼ, καὶ δὴ πιλάτου πα-
ρόντος εἰς ἱεροσόλυμα, πρεισάντες τὸ βῆμα καθέδρων. ὁ G
δὲ, προῄδει γὰρ αὐτῶν τὴν ταραχὴν, καὶ τὸ πλῆθος
τοὺς στρατιώτας ἐνόπλους ἐσθῆσιν ἰδιωτικαῖς κεκα-
λυμμένους ἐγκατέμιξεν καὶ ξίφη μὲν χρῆσθαι κα-
λοῦσι, ξύλοις δὲ πάσσειν τοὺς κεκραγότας ἐγκελεύσα-
μενος, σύνθημα δίδωσιν ἀπὸ τοῦ βήματος. τυπτομένοι
δὲ οἱ ἰουδαῖοι, πολλοὶ μὲν ὑπὸ τῶν πληγῶν, πολλοὶ δ' ὑπὸ
σφῶν αὐτῶν ἐν τῇ φυγῇ καταπατηθέντες ἀπώλοντο.

& converſatio eorum circa exteros inhumana. Hæc ſunt qvæ de Judæorum philoſophis dicenda reperi, nunc ad inceptum revertor.

CAP. VIII.

De Pilati regimine. *Ant. lib. 18. cap. 5.*

Archelai ethnarchia in provinciam redacta, reliqvi, id eſt, Philippus & Herodes, qui cognominabatur Antipas, tetrarchias ſuas regebant. Salome enim moriens Juliæ Auguſti conjugi toparchiam quam rexerat, & Jamniam, & in Phaſaelide palmeta teſtamento reliquit. Delato autem ad Tiberium Juliæ filium Romano imperio, poſt mortem ſcilicet Auguſti, qui præfuit rebus annis ſeptem & quinquaginta, menſibus ſex, diebus duobus, manentes in tetrarchiis ſuis Herodes ac Philippus: hic quidem juxta fontes ipſos, è quibus Jordanis flumen exoritur, in Paneade condidit civitatē, qvam Cæſareā vocitavit: aliamq; in Inferiore Gaulanitide, quam Juliadē nominavit. Herodes vero in Galilæa Tiberiadem, in Peræa autē cognominem Juliæ. Miſſus autē à Tiberio in Judæam Pilatus, eum eā tandem accepiſſet regionem, nocte intempeſta epertas in Hieroſolymam intulit imagines Cæſaris, quæ res poſt triduum ingentem inter Judæos ſuſcitavit tumultum: nam qui aderant ſtupore permoti ſunt, quaſi jam profanatas leges ſuas viderent. Nullū enim fas eſſe collocari in urbe ſimulacrum. Ad querelam autem eorum qui in civitate erant, ſubito etiam ex agris multitudo confluxit. Euntes autem illico Cæſaream ad Pilatum, intentiſſime deprecabantur, ut ab Hieroſolymis auferrentur imagines, & eis jura patria ſervarentur. Pilato autem ſupplicantibus abnuente, circa domum ejus proni corruerunt & immobiles quinque diebus continuis noctibusque manſere. Poſt autem Pilatus tribunal aſcendens, ſtudio magno convocat multitudinem Judæorum, quaſi qui eis vellet dare reſponſum: cum ſubito milites accepto ſigno (ſic enim jam fuerat præparatum) armati circumſteterunt Judæos: circundataque triplici acie, Judæi quidem ſtuporis erant pleni, videntes inſperatam rerum faciem. Tunc Pilatus denuncians trucidaturum ſe omnes, niſi imagines Cæſaris ſuſciperent, annuit militibus ut educerent gladios. Judæi autem quaſi uno conſilio omnes ſubito corruerunt, & cervices nudatas excipiendis ictibus pararunt, vociferantes univerſos ſe interfici magis velle quam legem profanari. Tunc Pilatus circa religionem ſtudium populi demiratus, confeſtim de Hieroſolymis ſtatuas juſſit auferri. Deinde vero conturbationem alteram commovebat: Eſt apud eos ſacer theſaurus quem Corban dicunt, hunc ad inductionem aquarum juſſit expendere: erat autem inducenda aqua ab ſtadiis trecentis. ob hoc itaque vulgi oriebantur querelæ: ita ut etiam Pilati qui Hieroſolymam venerat, cum clamore circumdarent tribunal. Ille autem præviderat tumultum eorum: ſiquidem populo permiſcuit armatos milites, qui tunc eſſent privatorum veſtibus induti: præcepitque ut gladiis quidem non uterentur, fuſtibus autem acclamantes ferirent. Sicq; compoſitis rebus, dat ex tribunali ſignū, confeſtimq; cædebantur Judæi: quorū multi quidē plagis, multi vero ſe invicem conculcantes, in fuga miſera contritione perierunt.

Tunc ad calamitatem interfectorum ſtupens multitudo conticuit: atque ob hoc accuſator Herodis tetrarchæ Agrippa, qui fuit filius Ariſtobuli, quem pater Herodes interfecit, ad Tiberium venit. Illo autem non ſuſcipiente accuſationem, reſidens Romæ & reliquorum quidem potentium notitias ambiebat: maximis autem colebat officiis Germanici filium Cajum, cum adhuc eſſet privatus. Et quodam die inter copioſum epularum apparatum, quibus eum demerebatur, ad ultimum extenſis manibus, aperte Deum cœpit precari, celeriter illum mortuo Tiberio dominum cunctorum videre. Hoc cum quidam e familiaribus ejus Tiberio nunciaſſet, ſtatim concludi juſſit Agrippam, qui ſub grandi ærumna, uſque ad mortem Tiberii, in carcere per menſes ſex tenebatur. Sed defuncto eo, poſt regnum annorum duorum & viginti ſex menſium, trium dierum, ſuccedens in imperium C. Cæſar abſolvit Agrippam vinculis, & tetrarchiam Philippi (jam enim is deceſſerat) addidit, regemque appellavit. Cum veniſſet autem in regnum Agrippa, Herodis tetrarchæ cupiditates per invidiam ſuſcitavit. Irritabat autem eum maxime in ſpem regni Herodias uxor exprobrans ei ſocordiam, & dicens, quia per id quod noluerat ad Cæſarem navigare, careret poteſtate majore. nam cum Agrippam ex privato regem feciſſet, quomodo dubitaret illum ex tetrarcha eodem honore donare? His adductus Herodes venit ad Cajum, a quo ob avaritiam vehementer increpitus, ad Hiſpaniam fugit: ſecutus eum quippe fuerat accuſator Agrippa, cui etiam tetrarchiam illius C. Cæſar adjecit. Atque ita Herodes quidem in Hiſpania, peregrinante ſecum etiam uxore, deceſſit.

Ant. lib. 18. cap. 14.

CAP. IX.

De ſuperbia Caji, & Petronio præſide.

CAjus vero Cæſar in tantum contumelioſe abuſus eſt fortuna, ut etiam & Deum ſe putaret & vellet vocari. Patriam quoque ſuam multorum nobilium cæde truncavit. Extendit autem impietatem ſuam etiam in Judæam: Petronium deniqve cum exercitu Hieroſolymam miſit, præcipiens ut in templo ſtatuas ejus locaret: quas niſi ſuſciperent Judæi, contradicentes quidem ex his interficeret, reliquam vero multitudinem captivaret. Permovebat autem hoc profecto Deum. Et Petronius quidem cum tribus legionibus, multiſque e Syria auxiliaribus properabat in Judæam ex Antiochia. Judæorum vero quidam non credebant famæ bellum nuntianti. qui vero credebant, nihil dereſiſtendo poterant comminiſci. Celeriter autem in omnes pervadit metus, nam jam Ptolemaidem pervenerat exercitus. Eſt autem hæc civitas Galilææ littore in magno campo ſita: circundatur autem montibus ab Orientali plaga per ſexaginta ſtadia diſparatis, ſed ad Galilæam pertinentibus: à meridiana autem Carmelo, qui abeſt ſtadiis centum viginti: a Septentrionali qvoqve monte qui eſt altiſſimus, qvem vocant incolæ Scalam Tyriorum: & hic autem diſtat ſtadiis centum. Ab ea autem urbe diſtans duobus ſtadiis præterlabitur fluvius, qvem vocant Beleum, exiguus prorſus: cui prope eſt ſepulcrum Memnonis, habens juxta ſe

Ant. lib. 18. cap. 15.

ἕως ἦ τὴν συμφορὰν τῶν ἀνῃρημένων καταπλαγὲν τὸ πλῆθος, ἐσιώπησε.

Κεφ. ιε.

Κὰν τούτῳ κατήγορος Ἡρῴδου τοῦ τετραρχοῦντος Ἀγρίππας ὁ Ἀριστοβούλου ὢν ὁ παῖς Ἡρῴδης ἀπέκτεινε, ᾤχετο πρὸς Τιβέριον. ὃ ἦ μὴ προσδεξαμένου τὴν κατηγορίαν, μόνων ἅπτεσθαι, τούς τε ἄλλους τῶν γνωρίμων ἐθεράπευε, καὶ μάλιστα τὸν Γερμανικοῦ παῖδα Γάϊον, ἰδιώτην ἔτι ὄντα. καὶ δή ποτε ἑστιῶν αὐτὸν, τά τε ἄλλα ποικίλως ἐφιλοφρονεῖτο, καὶ παλάττων τὰς χεῖρας ἀνατείνας φανερῶς, ἤρξατο εὔχεσθαι αὐτὸν θεασασθαι τῶν ὅλων δεσπότην, τὸν Γάϊον τὸν Τιβέριον. τοῦτο πρὸς τῶν οἰκετῶν αὐτοῦ Θαγγέλλεται Τιβερίῳ, καὶ ὃς ἀναπυστήσας, ἐέργνυσι τὸν ἀρχίππαν, καὶ μετ' οὐκίας εἶχεν ἐν μέσαις ἐξ ἐν δεσμωτηρίῳ, μέχρις αὐτὸς ἐτελεύτησεν ἡγεμονεύσας ἔτη δύο πρὸς τοῖς τέτταρσι, καὶ τρεῖς ἡμέρας ἐπὶ μησὶν ἕξ.

Κεφ. ις.

Ἀποδειχθεὶς ὁ Γάϊος Καῖσαρ, ἀνῆκέ τι τῶν δεσμῶν τὸν ἀρίππαν, καὶ τῆς Φιλίππου τετραρχίας, τεθνηκότος ἤδη, καθίστησι βασιλέα. Θαρσήσας ὁ εἰς τὴν ἀρχὴν ἀρίππας, φθόνῳ τὸν Ἡρῴδην τετράρχου διήγειρεν ἐπιθυμίας. ἐνῆγε δὲ μάλιστα τὴν εἰς ἐλπίδα βασιλείας, ἡρῳδιὰς ἡ γυνὴ, κατηκιάζουσα τὴν ἀδελφὴν, καὶ φαμένη οὐδὲν τὸ μὴ βούλεσθαι πολὺν ἐπὶ καίσαρα, σεμνοτέραν μείζονος ἀρχῆς. ἐπεὶ γὰρ ἀρίππαν ἐξ ἰδιώτου βασιλέα πεποίηκεν, ἦπου γε ἂν ἐκεῖνον μεγαλύνοι ἐκ τετράρχου. πυθόμενος ἀναπεπλεῦσθαι Ἡρῴδην, ἦκε πρὸς Γάϊον, ὑφ' οὗ τῆς ἀλεθείας ἐπιτιμήσεως φυγὴ εἰς ἰσπανίαν. ἠκολούθησε γὰρ αὐτῷ κατήγορος ἀρίππας, ᾧ καὶ τὴν τετραρχίαν τὴν ἐκείνου προσέθηκε Γάϊος. καὶ Ἡρῴδης μὲν, ἐν ἰσπανίᾳ συμφυγοῦσης αὐτῷ καὶ τῆς γυναικὸς ἐτελεύτα.

Κεφ. ιζ.

Γάϊος ὁ Καῖσαρ ἐπὶ ποσὸν ἐξύβρισεν εἰς τὴν τύχην, ὡς τε θεὸν μὲν αὐτὸν καὶ δοκεῖν, καὶ βούλεσθαι καὶ καλεῖσθαι, τῶν τε δυνατῶν ἀνδρῶν ἀφοσιοῦσθαι τὴν πατρίδα. ἐκτείνας τ' ἀσεβείαν, καὶ εἰς Ἰουδαίους. πτερώνιον γοῦν μὴ φρονήσας ἐπὶ Ἱεροσολύμων ἔπεμψεν ἐγκαθιδρύσοντα τῷ ναῷ τοὺς ἀγάλματας αὐτοῦ, προσέταξε δὲ μὴ δέξασθαι Ἰουδαίους, τούς τε κωλύοντας ἀνελεῖν, καὶ πᾶν τὸ λοιπὸν ἔθνος ἐξανδραποδίσασθαι. θεοῦ δ' ἄρα τῶν προσταγμάτων ἐμέλησε. καὶ πτερώνιος μὲν σὺν ἱκανοῖς πάγμασι καὶ πολλῆς ἐκ Συρίας συμμάχοις, εἰς τὴν Ἰουδαίαν ἤλαυνεν ἐπὶ τὰ ἀντιοχείας. Ἰουδαίων δ', οἱ μὲν ἠπίστουν ἔτι τῆς Πτολεμαΐου φήμης, οἱ δὲ πιστεύοντες ἦσαν ἐν ἀμηχάνῳ πρὸς τὴν ἄμυναν. ταχὺ δ' ἐχώρει διὰ πάντων τὸ δεινόν. ἤδη γὰρ οὔσης εἰς τὴν Πτολεμαΐδα τῆς φατῆς, προσῆσαν δὴ πόλις αὐτὴ τῆς Γαλιλαίας μεγάλη, κεῖται δ' ὄρεσιν, ἐκ μὲν τοῦ πρὸς ἕω ἀνατολὴν κλίματος λόφοις σταδίων ἑξήκοντα, τῆς Γαλιλαίας. λόφοι δ' εἰσὶ μεσημβρινοῦ, τὸ καρμήλου ὄρος ἔχοντι σταδίους ἑκατὸν εἴκοσι. τῇ δ' ὑψηλοτάτῳ, κατ' ἄκρον ὁ καλοῦσι κλίμακα τυρίων οἱ ἀπέχων μίλιον, ἐστὶ δὲ σταδίους ἀφέστηκεν ἑκατόν. ἡ δ' ἄστεως λόφοι δύο σταδίων ὁ καλούμενος βῆλος ποταμὸς παραῤῥεῖ παντάπασιν ὀλίγος, παρ' ᾧ τὸ μέμνονος μνημεῖον ἐστι, ἔχον ἔγγυς αὐτοῦ τοῦτον

τῶν ἑκατὸν πήχεων βάθος ἄξιον, κυκλοτερὴς μὲν γάρ ἐστι, καὶ κοίλη, ἀναδίδωσι δὲ τὴν ὑαλίνην ψάμμον, ἐὰν ὅταν σκευὴν πολλὰ πλοῖα φορτίων, πάλιν ἀναπληροῦται τὸ χωρίον; καταπλεόντων μὲν ὥσπερ ἐπίτηδες τῶν ἀνέμων εἰς αὐτὸ, τὴν ἔξωθεν ἀγελὴν ψάμμον, τὴν δὲ μετάλλου πᾶσαν ῥᾳδίως μεταβαλλόντα εἰς ὕαλον, θαυμασιώτερον τοῦτό μοι δοκεῖ, τὸ τὴν ὑπερχυθεῖσαν ὕαλον ἐκ τοῦ πάλιν γίνεσθαι ψάμμον ἐκείνην. τὸ μὲν οὖν χωρίον τοῦτο, τοιαύτην ἔλαβε φύσιν. ἰουδαῖοι δὲ μετὰ γυναικῶν καὶ τέκνων ἀθροισθέντες εἰς τὸ πεδίον τὸ πρὸς πτολεμαΐδα, καθικέτευον τὸν πετρώνιον, ὥσπερ τῶν πατρίων νόμων πρῶτον, ἔπειτα ὥσπερ ἑαυτῶν. ὁ δὲ πρὸς τὸ πλῆθος, καὶ τὰς δεήσεις ἐνδοὺς, τὴν μὲν στρατιὰν, καὶ τοὺς ἀνδριάντας, ἐν πτολεμαΐδι καταλείπει. προελθὼν δὲ εἰς τὴν γαλιλαίαν, καὶ συγκαλέσας τὸ πλῆθος, καὶ τοὺς γνωρίμους πάντας εἰς τὸ πτολεμαΐδα, τήν τε ῥωμαίων διεξῆλθε δύναμιν, καὶ τὰς καίσαρος ἀπειλὰς, ἔτι δὲ καὶ τὴν ἀξίωσιν ἀπέφηνεν ἀγανάκτησιν. πάντων γὰρ τῶν ὑποταγμένων ἐθνῶν, καὶ πάλιν συγκαθιδρυκότων τοῖς ἄλλοις θεοῖς καὶ τὰς καίσαρος εἰκόνας, τὸ μόνους ἐκείνους ἀντιτάσσεσθαι πρὸς τοσοῦτο, σχεδὸν ἀφισταμένων εἶναι καὶ μεθ' ὕβρεως. τῶν δὲ τὸν νόμον, καὶ τὸ πάτριον ἔθος προτεινομένων, καὶ ὡς οὐδὲ θεοῦ τι δείκηλον, οὐχ ὅπως ἀνθρώπου, οὐ κατὰ τὸν ναὸν μόνον, ἀλλ' οὐδὲ ἐν ἱκανῷ τινὶ τόπῳ τῆς χώρας θέμις τεθεῖναι εἴη, ὑπολαβὼν ὁ πετρώνιος, ἀλλὰ μὰ καίσαρος φυλακὴν ὁ τοῦδε δεσπότου νόμος ἔφη. ὤμοσε γὰρ αὐτὸν, καὶ φεισάμενος ὑμῶν, ἀπολοῦμαι δικαίως. πολεμήσω δὲ ὑμᾶς ὁ πεμψας ἐμὲ, οὐκ ἐγώ. καὶ γὰρ αὐτὸς ὥσπερ ὑμεῖς ἐπιτάσσομαι. πρὸς ταῦτα τὸ πλῆθος πᾶν ἐβόα, πρὸ δὲ νόμου πάσχειν ἑτοίμως ἔχειν. καταφρονήσας δὲ ὁ πετρώνιος αὐτῶν τὴν βολὴν, πολεμήσετε εἶπεν ἄρα καίσαρι; καὶ ἰουδαῖοι, πρεῖ μὲν καίσαρι, καὶ δὴ δήμου τῶν ῥωμαίων, δὶς τῆς ἡμέρας θύειν ἔφασαν. εἰ δὲ βούλεται τὰς εἰκόνας ἐγκαθιδρύειν, πρότερον αὐτὸν δεῖν ἅπαν τὸ ἰουδαίων ἔθνος προθύσασθαι. παρέχειν δὲ σφᾶς αὐτοὺς ἑτοίμους εἰς σφαγὴν, ἅμα τέκνοις καὶ γυναιξίν. ἔτι τούτοις θαῦμα καὶ οἶκτος εἰσῆλθε τὸν πετρώνιον, τῆς τε ἀνυπερβλήτου θρησκείας τῶν ἀνδρῶν, καὶ δὴ πρὸς θάνατον ἑτοίμου πάθους. καὶ τότε μὲν ἄπρακτοι διελύθησαν. τῇ δὲ ἑξῆς, ἀθροίσας τοὺς δυνατοὺς κατ' ἰδίαν, καὶ τὸ πλῆθος ἐν κοινῷ συλλέγων, πάλιν μὲν παρεκάλει, πάλιν δὲ συνεβάλλετο. τὸ μὲν τοι πλέον διηπείλει, τήν τε ῥωμαίων ἐπανατεινόμενος ἰσχὺν, καὶ τοὺς καίσαρος θυμοὺς, τήν τε ἰδίαν πρὸς τούτοις ἀνάγκην. πρὸς δὲ μηδεμίαν πεῖραν ἐνδιδόντων, ὡς ἐώρα καὶ τὴν χώραν κινδυνεύουσαν ἄπορον μένειν, κατὰ δὲ ὥραν ἀπόρου πεντήκοντα ἡμέρας δρυὰς διέτριβεν αὐτῶν τὸ πλῆθος, πλεῖστον ἀθροίσας αὐτοὺς καὶ ῥᾳδιουργοῦντα ἐμοὶ μᾶλλον εἰπών; ἢ γὰρ θεοῦ συνεργοῦντος

A centum fere cubitorum ſpacium, ſed admiratione digniſſimum. Eſt enim ſpecie vallis rotundæ, vitream emittens arenam: quam cum exhauſerint multæ naves, pariter accedentes, locus idem rurſus impletur. Venti ſiquidem quaſi dedita opera, convehunt illuc de circumſtantibus ſupercīliis arenam iſtam, utique communem. locus autem metalli, ſtatim in vitrum quod ſuſceperit mutat. Mirabilius quoqve mihi illud videtur, qvod jam converſæ arenæ in vitrum, quæcunque pars ſuper margines loci ipſius fuerit jacta, in vulgarem arenam denuo convertitur. Igitur loci quidem illius natura talis eſt. Judæi autem cum mulieribus & filiis collecti in campum, in quo eſt ſita Ptolemæis, Petronio ſupplicabant, principio ob patrias leges, deinceps vero etiam pro ſuo ſtatu. Ille autem ob multitudinem precantium, & precum inflexus, exercitum quidem & ſtatuas in Ptolemaide reliquit; procedens autem in Galilæam, & convocans in Tiberiadem tam populum Judæorum quam omnes eorum nobiles, & vim Romani exercitus cœpit exponere, & minas Cæſaris: his addens, quod & contumelioſa eſſet ſupplicatio Judæorum: cum omnes ſiquidem gentes quæ parerent imperio Romano, in ſuis urbibus inter reliquos deos, imagines quoque Cæſaris locaviſſent, ſoli Judæi iſtud abnuerent. hoc ſiquidem quaſi ab imperio deficere eſſet: etiam cum injuria præſidentis. Illis vero contra hæc legem moresque patrios allegantibus: & quia ne Dei quidem ſimulacrum, nedum hominis, nec ſolum in templo, ſed neque in profano aliqvo totius regionis loco fas ſibi eſſet locare: arripiens dictum Petronius, reſpondit: Sed & mihi mei domini lex ſervanda eſt. ſi eam quippe tranſgrediar, vobiſque parcam, juſte animadverſionem ſubibo. Impugnabit ſanè vos non Petronius, ſed ille à quo ſum miſſus, nam & ipſe æque ac vos cogor implere quæ juſſa ſunt. Ad hæc tota multitudo unanimiter ſuccłamavit, ante legis temerationem omnem ſe libenter ſubire perniciem. Sedato autem eorum clamore Petronius ait: Pugnare ergo adverſus Cæſarem eſtis parati? Reſpondernnt Judæi, pro Cæſare quidem & populo Romano ſe per dies ſingulos offerre ſacrificia: ſi autem in templo imagines æſtimet collocandas, debere eum totam Judæorum gentem prius immolare: præbere ſe qvippe jugulos cum mulieribus & parvulis ei, qui interficere voluiſſet. Ad hæc admiratio Petronium miſeratioque perſuaſit, intuentem & inſuperabilem religionem virorum, & tantum vulgus ad mortem conſtanter paratum. Et tunc quidem infectis omnibus receſſerunt. Poſtridie autem ac deinceps ſummates eorum privatim viritimqve compellans, populum qvoqve publicè alloqvens, nunc quaſi conſulens admonebat, interdum etiam minabatur, extollens & virtutem Romanam & indignationem Cæſaris: inter hæc etiam ſuam neceſſitatem, cui eſſent exequenda præcepta. Sed illis ad nulla horum experimenta cedentibus, cum videret etiam ſementem regionis intercipi (ipſum quidem anni tempus erat & quinquaginta pene continuis diebus multitudo in urbe otioſa morabatur) ad ultimum convocatis omnibus, ait ſibimet periculoſam rem ſe velle aggredi. Aut enim, inquit, Deo cooperante

solo allisus, continuo moritur. Ea calamitas pauliſper quidem Romanis triſtitiam comparavit, in poſterum tamen cautiores effecit, & adverſus Judæorum inſidias juvit, quibus plerumq; locamoresq; hominum neſcientes lædebantur: Exuſta eſt vero porticus ad turrim usqve Joannis, quam ille belli tempore quod cum Simone gerebat, ſupra poſtes qui in Xyſtum ducerent ædificaverat. reliqvum vero Judæi, poſtqvam conſumpti fuerant, qui aſcenderant, abſciderunt. Poſtero autem die Romani quoque, porticum quæ in Boreæ parte fuit, ad Orientalem usqve totam incendũt: continentem angulos ejus, quæ appellatur Gedronos, ſuper vallem ædificata: unde etiam profunda erat & horribilis ejus altitudo.

CAP. VII.

De fame Judæorum.

CIrca templum quidem ita ſe res habebant. Eorum vero qui per civitatem fame corrumpebantur, infinita multitudo moriebatur. Inenarrabiles autem clades eveniebant. Per ſingulas namqve domos ſicubi aliqua veſtigia cibi apparuiſſent, bellum illico gerebatur: & amiciſſimi inter ſe ad manus veniebant, miſeris deripientes animis viaticum. Fides autem penuriæ nec morientibus habebatur: ſed etiam quos viderent, expirare, ſcrutabantur latrones: nequem forte cibum ſinu occultans quiſpiam, moreretur. Ipſos autem ſpes egeſtate victus hiantes, veluti canes rabidos decipiebat: & impingentes in oſtia, tanquam ebrii ferebantur, easdemq; domos bis ac ter eodem momento deſperatione inquietabant, omniaq; dentibus neceſſitas ſubigebat: & ea colligentes, quæ nullum, quamvis ſordidiſſimum, mutorum animalium, non horreret, comedere, patiebantur. Deniq; nec cingulis nec calciamentis abſtinuêre, coriaq; ſcutis detracta mandebant. Quin etiam fœni veteris laceramenta victui habebantur: cujus nonnulli exiguum pondus quatuor Atticis vænundabant. Et quid opus eſt famis improbitatem ex rebus anima carentibus demonſtrare? Factum enim relaturus ſum, neqve apud Græcos, neqve apud Barbaros cognitum, & dictu quidem horrendum, auditu vero incredibile. Itaqve libenter hanc calamitatem intermitterem, ne mentiri me poſteri æſtimarent, niſi teſtes multos haberem, & fortaſſe patriæ frigidam referrem gratiam, parcius ea differens, quorum fata perpeſſa eſt.

CAP. VIII.

De muliere quæ per famem filium coxerat.

MUlier quædam ex numero trans Jordanem habitantium incolarum, Maria nomine, Eleazari filia de vico Vetezobra, quod ſignificat domus hyſſopi, genere ac divitiis nobilis, cum alia multitudine refugiens in Hieroſolymam recepta, cum cæteris obſidebatur. Hujus alia quidem bona tyranni diripuerunt, quæ ex transamnanis locis in oppidum comportaverat. Reliquias vero conditorum, & ſi alimenta reperiſſet, irrumpentes domum ejus ſatellites, quotidie auferebant. Graviter autem mulier indignabatur: propterea q; ſæpiſſime raptoribus maledicens, & imprecans, eos contra ſe vehementius irritabat: cum neq; iratus, neq; miſerans eam quiſquam vellet interficere. Sed victum quidem parando aliis parabat: undiq; autem adempta jam erat ei etiam rapiendi facultas, famesq; viſceribus & medullis irrepſerat.

καὶ τὸ βάρος τῇ λιθοβολίᾳ τῶν μηχανῶν ἐπεσκηφθὲς, ἔδρᾳ μᾶλλον ἔμαθησεν. ἔτι τὸ παλαιὸν τοῖς ἡμέροις μὲν ἐφόβησεν ἐπιβουλὰς, τοῖς δὲ μέλλουσιν ὅμως, καὶ πολλὰ ἐσωφέλησε φυλακὴν ἐκπονήσασι, καὶ τοῖς τὰς ἐσόδους ἀπίστοις ὠφέλησεν, ἐν αἷς τὰ πολλὰ δι' ἄγνοιαν τῶν τόπων, καὶ τὰ ἤθη τῶν ἀνδρῶν ἐκλάπτουσι. καταιθὴς ἦν καὶ μεγάλη ἡ στοὰ μεγάλη τοῦ ἰωάννου πύργου, ὃν ἐκεῖνος ἐν τῇ τοῖς σίμωνα πολέμῳ κατασκάσαι, ὅτε τοὺς ἐξαγαγόντας τοῦτον τοῦ ξυστοῦ πύλας. τὸν δὲ λοιπὸν ὅπλισι διεφθαρμένοις ἤδη ἰσόδοις τοῖς ἀναβάσιν ἐπέκειτο. τῇ δ' ὑστεραίᾳ καὶ βορείου ἦν ἐπεσκημένη μέχρι τῆς ἀνατολικῆς ὅλης, ἣν ἡ σωσάπολις γωνία τοῦ κεδρῶνος καλουμένης φάραγγος ὑπερδεδόμηται, πυρὶ διαφθερὸν ἅπαν τὸ βάθος. ἐν τούτῳ δὲ τὸ ἱερὸν ἐν τούτοις ἦν.

ΚΕΦ. κ.

Τῶν δ' ἔξω τοῦ λιμοῦ φθειρομένων καὶ τὸν πόλεμον, ἄπορον μὲν ἔπαιρε τὸ πλῆθος. ἀδιήγητα δ' ἐσώζοντο τὰ πάθη. καθ' ἑκάστην γὰρ οἰκίαν ἢ τὸν τόπον ἔτυχεν προφῆς ὀσμὴ φανεῖσα στάσεις, πόλεμος ἦν, καὶ ἃ μὲν χερῶν ἐχώρουν τοῖς φίλτατοι πρὸς ἀλλήλους, ἁρπάζοντες τὰ μόλις ἐπορισμένα τῆς ψυχῆς ἐφόδια. πίστις δ' οὐδεμία κεῖτο τοῖς θνήσκουσιν ἦν, ἀλλὰ καὶ τοὺς σκηπτοῦχοι οἱ λῃσταὶ διηρεύνων, μή τις ἔτυχε κόλπων ἔχων τροφὴν, ὑπόκρυπτον τὸν θάνατον αὐτῷ. οἱ δ' ὑπὸ σθένους ἀσχήμονες, ὥσπερ λυσσῶντες κύνες ἐσφάλλοντο, καὶ παρεφέροντο, καὶ τὰς θύρας ἐνσοβοῦντες μεθυόντων τρόπον, καὶ τὰ αὐτὰ ἐν ταῖς αὐταῖς οἰκίαις ποιοῦντες δὶς ἢ τρὶς ὥρᾳ μιᾷ. πᾶσα δ' ὑπὸ ὀδόντας ἦλθε ἡ ἀνάγκη, καὶ τὰ μηδὲ τῆς ὑπερφυοῦς τῶν ἀλόγων ζώων τροφῆς, συλλέγοντες ὑπὸ ὑπέφερον. ζωστήρων γοῦν καὶ ὑποδημάτων τὸ πλῆθος οὐκ ἀπέσχοντο, καὶ τὰ δέρματα τῶν θυρεῶν κατέσθοντες ἐμασῶντο. τροφὴ δ' ἦν καὶ χόρτος ποιμένων ἀφαγμάτων τοῖς γόνασι ἔνιοι συλλέγοντες, ἐλάχιστον σῖτον ἐπώλουν ἀτίμων πολλῶν.

ΚΕΦ. κα.

Καὶ τί δεῖ τἄλλα ἐπ' ἀψύχοις ἀναίδειαν ἢ λιμὸν λέγειν; εἰμὶ γὰρ αὐτοῦ δηλώσων ἔργον, ὃν μήτε παρ' ἕλλησι, μήτε παρὰ βαρβάροις ἰσόρροπα φέρεσθαι μὲν εἰπεῖν, ἄπιστον δ' ἀκοῦσαι. καὶ ἐγὼν' ἂν δεξαίμην τεραστιώδεσι τοῖς αὐθις ἀνθρώποις, καὶ παρελιπον τὴν συμφορὰν ἡδέως, εἰ μὴ τοῖς κατ' ἐμαυτὸν ἦν ἀπίστοις μάρτυρας. ἄλλως τε καὶ ψυχρὰν καταθήκην τῇ πατρίδι χάριν καταφέρειν τοῦ λόγου, ἐπίπονον ἔπος ἐρεῖ. γυνὴ τις ἦν τοῦ ὑπὲρ τὸν ἰορδάνην κατοικούντων, ὀνόματι μαρία τὸ γένος, πατρὸς ἐλεαζάρου, κώμης βαθεχὼρ, σημαίνει δ' ὄνομα οἴκου ὑσσώπου, λαμπρὸς καὶ πλούσιος ἐκ γενετῆς, μετὰ δὲ λοιποῦ πλήθους εἰς τὰ ἱεροσόλυμα καταφυγοῦσα συνεπολιορκεῖτο. ταύτης τὰ μὲν ἄλλα κτήσεων οἱ τύραννοι διήρπασαν, ὅσα ὑπὲρ τοῦ ποταμοῦ ἀπεσκεύασαν μόνη μετέωγκεν εἰς τὴν πόλιν. τὰ δὲ λείψανα τοῦ κειμηλίου, καὶ ἔτι τροφῆς ὀπώνη θεοῦ, καθ' ἡμέρας ἐπαιτηδεῦντες ἥρπαζον οἱ δορυφόροι. δεινὴ δὲ τοῦ γυναίου ἀγανάκτησις ἐστήκει, καὶ πολλάκις λοιδορουσα, καὶ καταρωμένη τοὺς ἁρπαγας, ἐφ' ἑαυτὴν ἠρέθιζεν. ὡς δ' οὔτε παροξυνόμενός τις οὔτ' ἐλεῶν αὐτὴν ἀνῄρει· καὶ τὸ μὲν εὑρεῖν τι σπάνις ἦν ἄλλως ἐκποίητα, πανταχόθεν δ' ἄπορον ἦν ἤδη καὶ τὸ εὑρεῖν, ὁ λιμὸς δὲ καὶ σπλάγχνων καὶ μυελῶν ἐχώρει καὶ

καὶ λιμῷ μᾶλλον ἐξέκαιον οἱ θυμοὶ, σύμβουλον λαβόντι τὴν ὀργὴν μὴ τῆς ἀνάγκης, ἀλλὰ τὴν φύσιν ἔχοντι, καὶ τὸ τέκνον· ἦν δ' αὐτῇ παῖς νήπιος, ὃν ἁρπάσασα μέσον βρέφος ἔφη· ἄθλιον ἐν πολέμῳ καὶ λιμῷ καὶ στάσει, τίνι σε τηρήσω; τὰ μὲν Ῥωμαίοις, δουλεῦσαι καὶν ζήσωμέν ἔτι αὐτούς. φθάνῃ δὲ καὶ λιμὸς, οἱ στασιασταὶ δ' ἀμφοτέρων χαλεπώτεροι. ἴθι γλυκύ μοι τροφή, καὶ τῆς στασιαστῆς ἐρινύος, καὶ τοῦ βίου μῦθος, ὁ μόνος ἐλλείπων τοῖς Ἰουδαίων συμφοραῖς. καὶ ταῦθ' ἅμα λέγουσα κτείνει τὸν υἱόν, εἶτ' ὀπτήσασα, τὸ μὲν ἥμισυ καταθύει, τὸ δὲ λοιπὸν καταλύψασα ἐφύλαττεν. οὗ θεὶς δ' οἱ στασιασταὶ παρῆσαν, καὶ τῆς ἀθεμίτου κνίσης ἅπασαντες ἠπείλουν, εἰ μὴ δείξει τὸ βδελυκτὸν, ἀποσφάξειν αὐτοῖς οὐθείς. ἡ δὲ καὶ μοίρας αὐτοῖς εἰπεῖν καλλίων τετηρηκέναι, τὰ λειφθέντα δὲ τέκνα δικαλύψε. τοὺς δ' οὐθεὶς φρίκη καὶ φρενῶν ἔκστασις ἦρεν, καὶ βδελυρὸν τὸ ὄψον ἐπεπήγασιν. ἡ δὲ, ἐμὸν ἔφη ἔστι τὸ τέκνον γνήσιον, καὶ τὸ ἔργον ἐμόν. φάγετε, καὶ γὰρ ἐγὼ βέβρωκα. μὴ γένησθε μήτε μαλακώτεροι γυναικὸς, μήτε συμπαθέστερον μητρὸς. εἰ δ' ὑμεῖς ἀσεβεῖς, καὶ τὴν ἐμὴν ἀποστρέφεσθε θυσίαν, ἐγὼ μὲν ἥμισυ βέβρωκα, καὶ τὸ λοιπὸν δ' ἐμοὶ μενάτω. μὴ ταῦτα οἱ μὲν τρέμοντες ἐξῆσαν πρὸς ἓν τοῦτο δειλοὶ, καὶ μόλις ταύτης τῆς τροφῆς τῇ μητρὶ βδελυχωρήσαντες. ἀνεκαλήφθη δ' εὐθέως ἅλη δ' μύσους ἡ πόλις, καὶ πρὸ ὀμμάτων ἕκαστον τὸ πάθος λαμβάνων, ὡς παρ' αὐτὰ καμοῦμενον ἔφριττε. καὶ δὴ τῶν λιμῶντόντων ἅπαντ' ἤκουεν καὶ, καὶ μακαρισμοὺς τῶν φθασάντων, πρὶν ἀκοῦσαι, καὶ θεασάσθαι κακὰ τηλικαῦτα. ταχέως δὲ καὶ ῥωμαίοις ἀπηγγέλθη τὸ πάθος. τῶν δὲ οἱ μὲν ἠσθέντο, οἱ δ' ὤκτιραν, τοὺς δὲ πολλοὺς εἰς μίσος ἔθνους σφοδρότερον ἐκκέκαυτο πρόσθεν. καίσαρ δ' ἀπελογεῖτο καὶ πρὸς τοῦτο τῷ θεῷ, φάσκων ἔθνεσι μὲν αὐτοῦ ἰουδαίοις ἐφίλουν, καὶ αὐτονομίαν πρότερόν, καὶ πάντων ἀμνηστίαν τῶν τετολμημένων. τοὺς δὲ αὖτε μὲν ὁμονοίας ἕνεκεν, αὖτε δὲ εἰρήνης πόλεμον, πρὸ κόρυ δὲ καὶ εὐθυμίας, λιμὸν αἱρεμένους; ἰδίοις δὲ χερσὶν δεξαμένους καίειν τὸ σωτήριόν μοι ὑφ' ἡμῶν ἱερὸν, αὐτοὺς εἶναι καὶ τοιαύτης τροφῆς ἀξίους. καλύψαι μέν τοι τὸ τῆς τεκνοφαγίας μύσος, αὐτῷ τῷ τοῦ πατρίδος πάθματι, καὶ ἀκαλύψειν ὅτι τοῦ οἰκουμένης ἡλίου καθορᾶν πόλιν, ἐν ᾗ μητέρες ἔτυχον τρέφουσαι· προσῆκεν μὲν τοι πρὸ μητέρων πατρίδι τοιαύτην τροφὴν, οἳ δὲ μὴ τηλικαῦτα πάθη μένουσιν ἐν τοῖς ὅπλοις. ταῦθ' ἅμα διεξιὼν, ἐνενόει τοῖς δοκήσουσιν τῶν ἀνδρῶν ἤδη ἂν ἐπισωφρονῆσαι τοὺς πάντα προπεπονθότας ἐφ' οἷς εἰκὸς ἦν μεταβαλέσθαι, μὴ παθοῦσιν.

ΚΕΦ. κϚ.

ΗΔΗ δὲ τῶν δύο πυγμάτων συντετελεκότων τὰ χώματα λαῷ μέσος ἀγυδὴν, προσῄδον σκέλεσι τοὺς κριοὺς καὶ τοῖς ἑαυτέρων ἐξέδραις, καὶ ἔσωθεν ἱεροῦ. πρὸ δὲ τούτων ἐξ ἡμέρας ἀλλαλείπτως στερρότατα πασῶν ἐλέπολις τύπτουσα τὸν τοῖχον, οὐδὲν ἔλυσεν. ἀλλὰ καὶ ταύτης καὶ τῶν ἄλλων τὸ μέγεθος, καὶ ἡ ἁρμονία τῶν λίθων ἦν ἀμάχων. τὸ δὲ βόρειον πύλης ὑπώρυττον ἕτεροι τοὺς θεμελίους, καὶ πολλὰ παλαιωρήσαντες, τοὺς ἔμπροσθεν λίθους ἐξεκόλλησαν· ἀνέκειτο δ' ὑπὸ τῶν ἐνδοτέρω καὶ διέμενεν ἡ πύλη, μέχρις τοῖς ἀπὸ τῶν ὀρυχείων καὶ τῶν

A Plus vero quam fames iracundia succendebat. Igitur vi animi de necessitate impulsa, rebus adversis contra naturam excitatur: raptoque filio, quem lactantem habebat: miserum te, ait infans, in bello & fame & seditione cui te servavero? Apud Romanos etiam si vixeris, serviturus es: fames autem prævenit servitutem: his vero seditiosi sæviores sunt. Esto igitur mihi cibus, & seditiosis furia, & humanæ vitæ fabula, quæ solæ deest calamitatibus Judæorum. Et hoc simul dicens, occidit filium, coctumque medium comedit, adopertum vero reliquum servavit. Ecce autem aderant seditiosi, & contaminatissimi nidoris odore capti, mortem ei statim, nisi quod parasset, ostenderet, minabantur. Illa vero bonam partem se reservasse respondens, aperit filii reliquias. Illos autem confestim horror cepit, atque dementia, visuque ipso diriguerunt. At mulier: & hic, inquit, est vere filius & facinus meum. comedite: nam & ego comedi. Nolo ut sitis aut fœmina molliores, aut matre misericordiores. Quod si vos pietatem colitis, & mea sacrificia repudiatis, ego quidem comedi, reliquum ejus me manebit. Post hoc illi quidem tremente exierunt, ad hoc solum timidi, vixq; hoc cibi matri cessêre. Mox autem repleta est eo scelere tota civitas: & unusquisque ante oculos sibi cladem illam proponens, tanquam hoc ipse admisisset, horrebat. Ab omnibus autem quos fames urgebat, properabatur ad mortem: & beati appellabantur, qui priusquam id paterentur interiissent. Cito autem Romanis etiam nunciata est illa calamitas. eorumque alii non credebant alii miserabantur, multos autem vehementius ejus gentis odium cœpit. Cæsar autem super hoc Deum placabat: siquidem Judæis pacem obtulisset, eisque liberam proposuisset omnium oblivionem, quæ commiserant. Illos autem pro concordia seditionem, bellum pro pace, pro satietate atque opulentia famem optasse: & qui propriis manibus templum, quod ipse eis servasset, incendere cœperant, hujusmodi alimentis eos esse dignissimos. Veruntamen scelus hujus nefandi victus, ruina sese patriæ operturum, neque relicturum in orbe terræ, ut sol inspiciat civitatem, in qua matres sic vescerentur. Ante matres autem patribus hujusmodi alimenta deberi: qui nec post ejusmodi clades arma deponerent. Simul hæc dicens, desperationem hostium reputabat, nec eos sanam mentem recepturos existimabat, qui cuncta jam pertulissent, quibus antequã paterentur, mutare sententiam sperabantur.

CAP. IX.

De expugnatione muri, & incendio templi.

OCtavo autem die mensis Augusti, cum duæ legiones aggeres perfecissent, ad exhedram Occidentalem templi exterioris admoveri arietes jussit: cum quibus ante sex, qui firmissimus erat aries, parietem sine intermissione pulsando, nihil omnino profecissent. Verum & hujus & cæterorum magnitudinem structura lapidum superabat. Septentrionalis autẽ portæ alii fundamenta suffodiebant: multumq; fatigati, exteriores tantũ lapides evellere potuere, ab interioribus autem portæ sustinebantur. tamq; diu mansêre, donec instrumentorum &

vectium conatibus desperatis, Romani scalas A
porticibus applicuêre. Judæi vero præventi, ne
eas subire prohiberent, cum his congressi dimi-
cabant. & alios quidem retro depellentes præci-
pitabant, accedentes alios subsidio trucidabant.
multos de scalis egredientes, prius qvam se scu-
tis obtegerent, ferientes gladiis præveniebant,
nonnullas autem scalas armatorum plenas, in
latus declinantes, dejiciebant. Unde Romano-
rum quoque non parva cædes sequebatur. Alii
signis ablatis pro his decertabant, rapinam eo-
rum gravissimæ fore turpitudini ducentes. Po-
stremo tamen Judæi & signis potiuntur: & eos
qui una ascenderant interficiunt, cæteri vero
clade intereuntium perterriti descendunt. Ro-
manorum quidem nemo non aliqvo facto opere
procubuit. Seditiosorum autem, qui prioribus
prælis etiam tunc fortiter pugnaverunt, & præ-
tereaEleazarus fratris Simonis tyranni filius. Ti-
tus autem cum videret se alieno templo cum da-
mno & nece militum parcere, ignem portis subji-
ci jussit. Inter hæc autem ad eum profugi veni-
unt, Ananus Ammauntinus, Simonis satelles
crudelissimus, & Archelaus filius Magadati, id-
circo sperantes veniam, quod Judæos victores
reliquerant. Titus autem, cum hanc eorum in-
Judæos crudelitatem audivit, utrunqve obtrun-
care decrevit. Dicebat enim necessitate, non
voluntate venisse: nec salute dignos esse, incen-
sam ipsorum causa patriam deserentes. Verun-
tamen cohibuit iracundiam fides, eosqve dimi-
sit, sed non eo loco habendos, quos etiam alios
credidit. Jam vero portis milites ignem admo-
verant, liquefactoqve argento cito lignum flam-
mæ absumpserant, cum subito auctæ proximas
inde porticus corripuêre. Judæis vero ignem
circum se videntibus, corpora simul animiq; ce-
ciderunt: & stupore attoniti, adjuvare quidem
vel extingvere nemo conatus est: stantes vero
aspiciebant, nec tamen his, quæ absumerentur
dolentes, saltem ut quod reliqvum esset salvum
haberent, animum colligebant. Illo quidem die,
quæ secuta est nocte, crescebat incendium: pau-
latim enim nec simul undiqve inflammari porti-
cus potuerunt. postero autem die Titus parte
militum jussa incendium restingvere, perq; pro-
xima portis loca viam sternere, ut facilior agmi-
nibus esset ascensus, rectores ad se convocat: sex-
qve collectis, qui erant proceres, Tiberio Ale-
xandro totius militiæ præfecto, & Sexto Cereali
quintæ legionis præposito, & Largio Lepido de-
cimæ, & Tito Frigio quintædecimæ cum quibus
erat etiam Æternius Fronto magister duarum
Alexandrinarum legionum, & Marcus Antonius
Julianus procurator Judææ, congregatisq; præ-
terea chiliarchis & procuratoribus, consilium de
templo proposuit. Aliis quidem videbatur lege
belli utendũ esse: nunquam enim Judæos a novis
rebus posse desinere templo manente, quo omnes
ubicunq; essent colligerent. Nonnulli si templum
reliquissent Judæi, neqve armis pro eo quis-
quam certaret, conservandum esse svadebant:

καὶ τ μοχλῶν ἁπιχερήσας ἀπογόντας, κλίμακας τ σα-
ὰς, μετεφερον. οἱ ὁ ἰουδαῖοι κωλῦσαι μὲν οὐκ ἐφθα-
σαν, ἀναβᾶσι ὁ συμπεσόντας, ἐμάχοντο. καὶ τὰς μὲν
ἀνωθῶντες εἰς τὰ πίσω κατεκρήμνιζον, τὰς δ' ἐπαναβ-
αίνοντας ἀνήρουν. πολλὰς ὁ τ κλιμάκων ἀποσαγείσας,
πρὶν φράξασθ τοῖς θυρεοῖς παίοντες τ ῥωμαίων ἐ-
φθανον. ἐνίας ὁ γεμούσας ὁπλιτῶν κλίμακας, ἅμα
κλίνοντες ἀνωθεν κατέσφεν. ἐπὶ δ' οὐκ ἐλέγο, καὶ
αὐτῶν φόνο. οἱ δ' ἀνενέγκαντες τὰς σημείας τῶν
αὐτῶν ἐπολέμουν, θανεῖν ἡγούμενοι, καὶ περὶ αἰχμαλω-
τότων τῶν ἁρπαγῶν. πλο ὁ, καὶ τ σημείων οἱ ἰου-
δαῖοι κρατοῦσι, καὶ τοὺς ἀναβάντας διαφθείρουσιν οἱ ὁ
λοιποὶ περὶ τὸ τ ἀπολωλότων πάθο ἐρραθυμοῦντες,
ἀνεχώρουν. τ μὲν οὖν ῥωμαίων ἄπρακτο ἐδόκει εἶ-
πθηναι. τ ὁ σεβαστῶν, οἱ κ τὰς πρώτας μάχας ἠ-
γωνίσαντο γλυκέως C τέτε, κ ἐλεάζαρο ἀδελφιδοῦς δ
τυράννε σίμωνο. ὁ ὁ πτο ὡς εἶδε τὸν ἐπὶ τῆς
C ἀλλοτρίοις ἱεροῖς φειδῶ, πρὸς βλάβης τοῖς σφαλίσασθαι
γνωμδλίαν καὶ φόνε, τὰς πύλας προσέταξεν ὑφάπτ.

Κεφ. κγ.

ΕΝ ὁ τούτῳ πρὸς αὐτὸν αὐτομολοῦσιν, ἄναν⁹ τε ὁ
ἀπ' ἀμμαοὺς τ σίμωνο δορυφόρων ἐφοινικώ-
τατο, καὶ ἀρχέλα ὁ υἱὸς μαγαδάτε, συγγνώ-
μην ἐλπίσαντες, ἐπειδὴ κρατοῦντες ἰουδαίων ἀπέχω-
ρων. τῖτο ὁ κ ὀργ παντὸς ἐρήμαλλον τ ἀνδρῶν,
D καὶ τὸν ἄλλον πρὸς τὰς ἰουδαίους ὠμότητα πεπυσμένος,
ὥρμητο κτείνειν ἑκατέρους. ὑπὸ ἀνάγκης ἦχθαι λέ-
γων αὐτὰς, οὐκ ἐκ προαιρέσεως παρεῖναι, κ σωτηρίας
οὐκ ἀξίους εἶναι τὰς φλεγομένης ἤδη δι' αὐτὰς τ πατρί-
δο ἐξαλλομένους. ἐκράτησε δ' ὅμως ἡ δυμὴ ἡ πίστις κ
ἀφῆσαι τοὺς ἄνδρας, ἐν μέσῃ δὲ οὐκ ἐᾷν μοίρᾳ κατίστασθαι τοῖς
ἄλλοις. ἤδη ὁ τῆς πόλεως οἱ σταλῶται προσῆγον τὸ πῦρ
καὶ προστιθέμενοι οἱ ἄρχοντο διεφθάρη ταχέως εἰς τὸν
ξυλίνων τοὺς φλοιούς, ἐνῆν ἀθρόως ἐκφερόμενα τῶν
E στοῶν ἐπιλαμβάνοντο. τῶν δ' ἰουδαίων ὁρώντων πῦρ ἐν
κύκλῳ, μ τ σωμάτων περιόντων αἱ ψυχαὶ, ἐκλεί-
πουσιν· καὶ τῶν καταπληξιν, ἀμυνόντων μὲν ἢ σθενούντων ὠφελῆσαι οὐ-
δείς· αὐτοὶ δ' ἐξωτῖς ἀφεώρων ἐ μὲν πρὸς τὸ δαπα-
νώμενον ἀθυμοῦντες, εἰς γὰρ τὸ λοιπὸν ἐσωφρόνουν, ἀλ'
ὡς ἤδη κ δ' ναὸ καμόμενο, τὰς θυμὰς ὑπεφαίνοντο ἔχον-
τον. ἐκείνῃ μὲν οὖν τῇ ἡμέρᾳ, καὶ τῇ ἑπομένῃ
νυκτὶ, τὸ πῦρ ἐπεκράτ. κ μέρο μὲν ὑπ' αὐτ
F ἔσχυσεν ὑφάψαι τὰς στοάς.

Κεφ. κδ.

ΤΗ δ' ἑπομένῃ, τῖτο μέρη τῆς δυνάμεως ἐκπέμ-
ψαν τὸ καὶ τὰ πρὸ τὰς πύλας ὁδοποιῆσαι εἰς ἀσφαλεστέ-
ραν τ παγμάτων ἄνοδον κελεύσας, αὐτὸς συνήγε τοὺς ἡγεμόνας. καὶ συνελθόντων ἐξ τῶν προφανεστάτων,
πιβερίου τε ἀλεξάνδρου δ πάντων τ στρατευμάτων ἐπάρχοντο, καὶ σέξτε κερεαλίε τὸ πέμπτον ἄγον-
το πάγμα, καὶ λαρκίε λεπίδου τὸ δέκατον, κ πτε
G φρυγίου τὸ πεντεκαιδέκατον. πρὸς οἷς φρόντων καὶ
λιπερνιο, στρατοπεδάρχης τ ὑπ' ἀλεξάνδρειαν δυο
παγμάτων, καὶ μάρκο ἀντωνίο ἰουλιανὸς, ἐπὶ τῆς ἰουδαίας ἐπίτροπο, καὶ μ τούτοις ἐπιτρόπων καὶ χι-
λιάρχων ἀθροισθέντων, βουλὴ πρὸς δ ναὸ προυτι-
θη. τοῖς μὲν οὖν ἐδόκει χρῆσθαι τῷ δ πολέμου νό-
μῳ· μηδ' ἂν ποτε ἰουδαίους παυσασθαι ποτερίζοντας δ ναὸ μένοντο, ἐφ' ὃν οἱ πανταχόθεν συλλέγοι-
το. τινὲς ὁ παρῄνουν, εἰ μὲν καταλίποιεν αὐτὸν οἱ
ἰουδαῖοι, καὶ μηδεὶς ἐπ' αὐτῷ τὰ ὅπλα θείη σώζε-
σθαι ὁ

ἢ πολεμίων, ἐπιβάντας καταφλέξαι. φέρειον γάρ, ἐπεὶ ναὸν εἶναι. καὶ τὰ λοιπὰ ἔστασε τῶν ἀναγκασόντων ἀσέβειαν, οὐκ αὐτῶν. εἰ δὲ πῦρ ἐνδοθεν ἐπ' αὐτοῖς πολεμοῦσιν ἐκδαῖον φήσας, ἀντὶ τῶν ἀνδρῶν ἀμυνεῖσθαι τὰ ἄψυχα, καὶ καταφλέξειν ποτὲ τηλικοῦτον ἔργον. ῥωμαίων γὰρ ἔσεσθαι τῷ βλάβει, ὥσπερ καὶ κόσμον τῆς ἡγεμονίας αὐτὸ μένοντος. διαῤῥοιοῦντες δὴ ἤδη προσετίθεντο τῇ γνώμῃ Φρόντων τε καὶ Ἀλεξανδρος, καὶ Κερεάλις. τότε μὲν οὖν Ἀλαλύκει τὸ συνέδριον, καὶ τὰς ἄλλας δυνάμεις ἀναπαῦσαι κελεύσας τοῖς ἡγεμόσιν, ὅπως ἐῤῥωμενέστερον ἐν τῇ ὠθισμάξει χρήσαιντο τοῖς ἐκ τῶν ἀπείρων ἐπιλέκτοις, ὁδοποιεῖν ἀπὸ τῶν ἐρειπίων προσέταξεν, καὶ τὸ πῦρ σβεννύειν. κατ' ἐκεῖνο μὲν δὴ τὸ μέρος ἡμέρας, καμάτου τε καὶ καταπλήξεως ἐκράτησε τοὺς ὁρμάς.

Κεφ. κε.

Τῇ δ' ἐπιούσῃ συλλεξάμενοί τε τὸ ἰσχυὸν, καὶ ἀναθαῤῥήσαντες ἐπεκθέουσι διὰ τῆς ἀνατολικῆς πύλης τοῖς φύλαξι τοῦ ἔξωθεν ἱεροῦ πρὸς ἑσπέραν ὥρας. οἱ δὲ καρτερῶς μὲν ἐδέξαντο αὐτῶν τὴν ἐμβολὴν, καὶ φοβερὰ μὲν τοῖς θυρεοῖς καὶ μέτωπον ὥσπερ τεῖχος ἐπικνώσουν τὴν φάλαγγα, δῆλοι τε ἦσαν οὐκ ἐπὶ πολὺ συμμένοντες, πληθύι τε τῶν ἐκτιθεχόντων, καὶ θυμοῖς ἡττώμενοι. φθάσαντες δὲ τὴν ὠθισμάξεως τὴν ῥοπὴν καμόντα, καὶ θέρα γὰρ ἀπὸ τῆς ἀντωνίας, ἐπῆλθε μὲν τῶν ἐπιλέκτων ἱππέων. ἰουδαῖοι δὲ τὴν ἔφοδον οὐχ ὑπεμένειαν, ἀλλὰ τῶν πρώτων πεσόντων, ἐτράποντο οἱ πολλοί. καὶ ὑποχωροῦσι μὲν τοῖς ῥωμαίοις ἐπιστρεφόμενοι, πρόσω ἔκεινο· μεταβαλλομένων δὲ ἀνέφθεγγον πάλιν; ἕως περὶ πέμπτην τῆς ἡμέρας ὥραν, οἱ μὲν βιασθέντες, εἰς τὸ ἔνδον συνεκλείσθησαν ἱερόν.

Κεφ. κς.

Τίτος δὲ ἀνεχώρησεν εἰς τὴν ἀντωνίαν διεγνωκὼς τῇ ἐπιούσῃ ἡμέρᾳ ὑποτὴν ἕω, μὴ πάσης ἐμβαλεῖν τὴν δυνάμεως, καὶ τὸν ναὸν προκαταχῶσαι. εἰ δ' ἄρα κατεψήφισε μὲν τὸ πῦρ ὁ θεὸς πάλαι. παρῆλθε δὲ ἡ εἱμαρμένη χρόνων περιόδοις, ἡμέρᾳ δεκάτῃ λώου μηνὸς καθ' ἣν καὶ τὸ πρότερον ὑπὸ τῶν βαβυλωνίων βασιλέως ἐνεπρήσθη. λαμβάνουσι δὲ αἱ φλόγες ἐκ τῶν οἰκείων τὴν ἀρχὴν, καὶ τὴν αἰτίαν. ὑποχωρήσαντες γὰρ ὀλίγον ὑφῆκαν οἱ στασιασταὶ, πάλιν τοῖς ῥωμαίοις ἐπιπεσόντες, καὶ τῶν ναῶν φρουρῶν γενομένων συμβολὴ, πρὸς τὰς σφενδόνας τὸ πῦρ ἔνδοθεν ἱεροῦ. οἱ τρεψάμενοι τοὺς ἰουδαίους, μέχρι τοῦ ναοῦ περῆλθον. ἔνθα δή τις τῶν στρατιωτῶν, ὅτε ὠθισμέλμα πρόσω, ἅτε δὴ τηλικοῦτῳ θείους ἐγχειρήματι; δαιμονίῳ ἑρμῇ πνὶ χρώμενος, ἁρπάζει μὲν ἐκ τῶν φλεγομένων ὕλης, ἀναπηδήσας δ' ὑπὸ τοῦ στρατιώτου, τὸ πῦρ ἐνίησι θυρίδι χρυσῇ. καθ' ἣν εἰς τοὺς περὶ τὸν ναὸν οἴκους εἰσὶ τῶν ἐκ βορείου κλίματος. αἰρομένης δὲ τῆς φλογὸς, ἰουδαίων μὲν ἐγείρεται κωκυτὸς πάθους ἀξίας, καὶ πρὸς τὴν ἀμυναν σπουδὴν, ὅτε δ' ζῆλος ἔτι φειδῶ λαμβάνοντες, ὅτε ταμιεύόμενοι τὸ ἰσχυὸν, διὸ καὶ φυλακικοὶ πρότερον ἦσαν οἰκοῦντες. δραμὼν δέ τις ἀγγέλλει τίτῳ, καὶ κεῖνος ἔτυχε μὲν κατὰ σκηνὴν ἀναπαυόμενος ἐκ τῆς μάχης, ὡς εἶχεν ἀναπηδήσας, ἔδραμε πρὸς τὸν ναὸν ἵππου, τὸ πῦρ κατόψων, οἵ τε ἡγεμόνες ἅπαντες καὶ πᾶσα ἡ στρατιὰ ἠκολούθει τοῦ πάγματος. βοὴ δ' ἦν καὶ θόρυβος, ὅτε τηλικαύτης δυνάμεως

A si vero id pugna obtinuissent, ignibus consumendum: quoniam castellum jam videretur esse non templum: & piaculum non ipse, verum illi, qui id fieri coegêre, committerent. Tito autem, nec si super stantes dimicarent Judæi, pro hominibus anima carentia ulciscendum esse dicente, neqve se unquam tantum opus incensurum: jam enim Romanorum forè hoc damnum, sicut ornamentum quoque fore imperii, si maneret: jam certi quid vellet, ad ejus accedunt sententiam, Fronto, Alexander & Cerealis. Tunc quidem consilium dimisit: jussisq; militibus quiescere, itemq; ducibus, ut his in procinctu validioribus uteretur, viam sternere per ruinas lectis ex cohortibus imperat, ignemq; restingvere. Illo quidem die Judæos labor timorq; ab impetu continuit. Postero autem collectis viribus, & recepta fiducia, per Orientalem portam contra templi exterioris custodes, secunda hora diei procurrunt. Illi autem primam quidem coitionem fortiter excepêre: septiq; scutis, a fronte murum condensa acie imitantur: certum tamen erat eos non diu daturos, quod & multitudine infestantium & animis vincerentur. Cæsar autem priusquam verteretur acies (nam pugnam ex Antonia prospectabat,) cum equitibus lectis venit auxilio, impetum vero ejus non sustinuêre Judæi: sed primis interfectis, plerique fugam petunt: & cedentibus quidem Romanis, revertentes instabant: cum autem illi retorsissent, iterum refugiebant, donec circa horam quintam, Judæi vi coacti templum introire, conclusi sunt. Titus autem discessit in Antoniam, decreto postridie mane cum omni exercitu aggredi, templumq; oppugnare. Sed id plane Dei sententia jamdudum igne damnaverat: evolutisq; temporibus aderat fatalis dies, qui erat decimus mensis Augusti, quo etiam prius a rege Babyloniorum fuerat concrematum. A domesticis autem causam principiumqve sumpsit id incendium. Nam cum paulisper Titi discessu seditiosi quievissent; Romanos rursus aggrediuntur, custodumq; templi cum ignem exterioris fani restingventibus pugna committitur. Hiqve Judæis in fugam versis; usqve ad templum acceserunt.

CAP. X.

Hic itaqve tunc militum quidam, non expectato cujusquam edicto, neqve tantum fatinus veritus, sed divino quodam motus impetu, a contubernali suo sustollitur, & exardente materia raptum ignem in fenestram inserit auream, unde ad membra circum templum ædificata de Septentrionali regione aditus erat. Flamma vero excitata, Judæorum quidem calamitate digno clamor exoritur, & ad subveniendum properabant: neq; jam vitæ parcendum rati, neq; viribus temperandum, amisso eo cujus gratia cautissimi videbantur: mature autem hoc Tito quidam nunciat. Et ille (namq; casu in tabernaculo quiescebat sicut a prælio redierat) exilit, templumqve currículo petit, prohibiturus incendium, omnesqve post eum duces, & hos agmina perterrita sequebantur. Clamor autem ac tumultus erat tanto exercitu

Quemadmodum templum incensum est invito Tito.

sine ordine concitato. Cæsar autem voce simul ac dextera pugnantibus signo dato, ignem jubebat extingvi. Sed neqve vox ejus audiebatur, quod aures eorum major clamor obstrueret, nutumq; dexteræ non attendebant, cum alios bellum, alios ira distraheret. Introcurrentium vero agminum impetum, non præcepta neqve interminationes continebant: sed quo furor eos duceret, sequebantur. Ad ipsos autem introitus conferti, multi quidem sese invicem conculcabant: multi vero ardentibus adhuc & fumantibus porticuum incidentes ruinis, eadem quæ victi patiebantur. Cum vero ad templum accessissent, edicta quidem Cæsaris non audire simulantes, præcedentem quisqve ut ignem immitteret hortabatur: seditiosis autem jam subveniendi quidem spes nulla erat, sed fuga & cædes omnia possidebat. Magna vero populi multitudo invalida & inermis, ubicunqve occupati fuerant, interficiebantur. Et circum aram quidem ingens mortuorum numerus congerebatur: per gradus vero templi, & sangvis multus profluebat, & eorum corpora, qui supra ceciderant delabebantur. Cæsar autem ubi neqve impetum insanientium militū continere poterat, & flamma dominabatur, intro cum rectoribus ingressus, & sanctum templi, & qvæcunqve illic erant aspexit, ea quidem quæ apud alienigenas erant fama meliora, jactatione vero & opinione domestica non minora. Cum autem flamma nondum ex ulla parte ad interiora penetrasset: nec membra, qvæ circum templum erant depasceretur, qvod erat verum, existimans adhuc illud posse servari, & ipse prosiluit, militesq; rogare, ut ignem restingverent conabatur: & Liberalem centurionem de stipatoribus suis, fuste mulctatos, qui non obedirent jussit arcere. Illorum autem furor belliq; impetus quidam vehementior, Judæorumq; odia, & Cæsaris reverentiam & prohibentis metum superabant: plerosq; autem prædarum spes incitabat, suspicantes intus omnia pecunia referta esse: quoniam fores auro factas conspicerent. Præterea quidam miles ex his, qui intraverant, cum Cæsar ad inhibendum incendium cucurrisset, ignem jam cardinibus portæ subjecerat. tumq; subito, postqvā flamma intus apparuit, & duces cum Cæsare discedebant, & stantes extra succendere nemo prohibebat. Templum quidem hoc modo invito Tito exuritur. Sed qvamvis hoc multum qvis defiendum putet, ut opus omnium qvæ audivimus, aut vidimus maxime admirabile, tam extructionis genere, qvam magnitudinis, itemq; munificentiæ in singulis rebus, & gloriæ quæ de sanctis habebatur, maximum tamen ex fato capiet solatium: quod ut animalibus, ita operibus locisqve fatum sit ineluctabile. Mirabitur autem in eo etiam circumacti temporis rationem & fidem. Nam

A ἀτάκτως κεκινημένης. ὁ μὲν οὖν καῖσαρ τῇ τε ζοῇ ἐτῇ δεξιᾷ, διεσήμαινε τοῖς μαχομένοις τὸ πῦρ σβεννύναι. ἐπεὶ δ' βοῶντ' ἦκεν, μείζων κραυγὴ τὰς ἀκοὰς κατελημβάνε, ἐ τῶν νεύμασι τ χειρὸς ἀπεσχέτο, οἱ μὲν τῶν πολεμίων, οἱ δ' ὀργῇ πεφερόμενοι. τ δ' παγμάτων ἀθεόντων ἔτι πλῆθος, ἔτι ἀπλῆ κατοχὴ τὰς ὁρμὰς, ἀλλὰ θυμὸς ἁπάντων ἐστρατήγει, ἡ πρὸς τὰς ὁδοὺς συνωθούμενοι, πολλοὶ μὲν ἐπ' ἀλλήλων κατεπίπτον, πολλοὶ δ' ἐρεμοῖς ἔτι καὶ τυφομένοις τοῖς ἱεροῖς τ σφῶν ἐμπίπτοντες, ἡδρωμένων συμφορᾶς ἐρῶντο. πλησίον δ' ἐ ναὸς γινόμενοι, τ μὲν ἐ καίσαρ' ὡρμηγελικότων πρόσω ποιῆσαι μηδὲ κατασχεῖν, τὸν παρ' αὐτῶν δ' τὸ πῦρ ἐνιέναι παρεκελεύοντο. τ δ' σπασάων, ἀμηχανία μὲν ἦν ἤδη ἐ βοηθεῖν φόνῳ δ' πανταχῇ καὶ τροπῇ. τὸ δ' πλέον ὑπὸ ἐ δήμου, λαὸς ἀδιεὶς καὶ ἄνοπλος, ὅπου καταληφθείη τις ἀποφαίνων. καὶ πρὸς μὲν τὸν βωμὸν, πληθὼ ἐσωρεύετο νεκρῶν. κ δ' τ ἐ βωμοῦ βάθρων, αἷμα τε ἔρρεε πολὺ, καὶ τ ἄπο φονευομένων σώματα κατωλίσθανε. καίσαρ δ', ὡς ἔπ τὰς ὁρμὰς ἐνθουσιώντων τ στρατιωτῶν κατοχὴν εἶδε τὸν ναὸν, κ τὸ πῦρ ἐπικρατεῖ, παρελθὼν μ τ ἡγεμόνων ἐσῆλθον, ἐθεάσατο δ' ναὸ τὸ ἅγιον, καὶ τὰ ἐν αὐτῷ, πολὺ μᾶλλον τ ὠφθὰ τοῖς ἀλλοφύλοις φήμης ἀμείνω· δ' ἐ κἀμπτ, ἐ τ ὠφθὰ τοῖς οἰκείοις δόξης οὐκ ἐλάττω. τῆς φλογὸς δ' ἐδέπω διϊκνουμένης ἐδ' ἁμῆ ἔσω, τὸν δ' ἐ ναὸν ἐν οἴκοις νενομισμένης νομίσαι, ὅπερ ἦν, ἔτι σῴζεσθαι τὸ ἱερὸν διώκοντ, πεσοῦσάν, καὶ αὐτὸς τε ὠθοκαλεῖν τοὺς στρατιώτας ἐπῆρᾶτο τὸ πῦρ σβεννύειν, κ λιβεράλιον ἑκατοντάρχην τ ἐκ αὐτοῦ λογχοφόρων ξύλοις παίοντα τοὺς ἀπειθοῦντας, ἐκέλευσεν ἐέργειν. τῶν δ' κ τῶν ἐκ καίσαρος ὁρμὴν ὠθούντων, καὶ τ ὄπισθ' ἐ κωλύοντ' φόβον, ἐνίκων οἱ θυμοὶ, κ τὸ ἐκ παλαιᾶς μίσους, κ πολεμικὴ τῆς ἐρημίας λαβροτέρα. τοὺς δ' πολλοὺς ἐνῆν ἁρπαγῆς ἐλπὶς, δόξαν τε ἐχόντας, ὡς πάνδυρον ἅπαν ἐκ χρημάτων μεστὸν ἔσῃ, ἐ τὰ πέριξ ἐρῶνθας χρυσᾶ πεπαημένα. φασὶ δέ τις καὶ τῶν ἔσω παρελθόντων, ἐκπηδήσαντ' καίσαρ' ἐκ τοῦ ἐπὶ τὸ τρατιωτῶν, πῦρ ἐς τοὺς ἑδραίους ἐμβαλόντ πύλης ἐν σκότῳ, ἐξ ἀκτῖνος τ ἔνδοθεν ἐκφανείσης φλογὸς, οἵ τε ἡγεμόνες μ ἐ καίσαρ' ἀνεχώρουν, καὶ τὰς ἔξωθεν ὁδοὺς ὑφάπτειν ἐκώλυεν. ὁ μὲν οὖν ναὸς ἔτως ἄκοντ' καίσαρ' ἐμπίπραται.

Κεφ. κζ.

B Πολλὰ δ' ἄν τις ἐπιφυράμενος, ἔργῳ πάντων ὧν ὄψῃ καὶ ἀκοῇ παρελήφαμεν θαυμασιώτατον, καὶ μεγέθους τε ἕνεκα κ μεγίστης, ἐπὶ τ καθ' ἕκαστον πολυτελείας, κ τ τῶν ἐκ τὰ ἅγια δίξης, μεγίστα λάβοι τῶν ἀμυθήτων τ εἰμαρμένην ἄφυκτον ἔσεσθαι ἀτρεμοῦσιν ἐμψύχοις, ἔτω κ ἔργοις κ τόποις. θαυμάσαι δ' ἄν τις ἐν αὐτῇ τ τελειότητ τ ἀκριβείαν. ἐ μὲν γὰρ, ὡς ἔφαν, ἐ ἡμέραν ἐπετήρησε τ αὐτῷ, ἐν ᾗ πρότερον ὑπὸ Βαβυλωνίων ὁ ναὸς ἐνεπρήσθη. ἐ ἀπὸ μὲν τ πρώτης κτίσεως, ἣν κατεβάλετ' σολομὼν ὁ βασιλεὺς, μέχρι τῆς νῦν ἀναιρέσεως, ἡ γέγονεν ἔτει δευτέρῳ τῆς ἑκατοστῆς ἡγεμονίας, ἔτη συνάγεται χίλια ἑκατὸν τεσσαράκοντα, πρὸς δ', μιᾶσιν ἐπλὰ, καὶ πεντεκαίδεκα ἡμέραι. ἀπὸ δ'

C

D

E

F

G

& mensem, ut dictum est, eumq; diem servavit, quo primum a Babyloniis templum erat incensum. Et a prima quidem structione templi, qvā Solomon rex inchoaverat, usq; ad hoc excidiū, quod evenit secūdo anno principis Vespasiani, mille centum triginta colliguntur anni, & septem menses, ac dies quindecim.

ὁπὸ δὲ τοῦ ὕστερον, ἐπὶ δυσὶν ἐτεσὶ μόνοις βασιλεύοντος Ἀγρίππα, ἔτη μέχρι τοῦ τέλους ἀναστάσεως ἀλώσεως, τριακοντατεσσάρων καὶ ἑπτακοσίων, καὶ ἡμέραι τεσσαράκοντα πέντε.

A A posteriore vero, quam secundo anno Cyri regis Aggæus fecerat, usqve ad excidium quod Vespasiano imperante sustinuit civitas, anni sexcenti trigintanovem, & dies quadragintaqvinq;

Κεφ. κα. CAP. XI.

Καὶ ὁμοῦ δὲ ναοῦ τοῦ μὲν περαπιπόντων ἐπὶ ἁρπαγὴ, φόνος δὲ τῶν καταλαμβανομένων μυρίος· ὅτε δὲ ἡλικίας ἐπὶ ἔλεος, ὅτ' ἐντροπὴ σεμνότητος· ἀλλὰ καὶ παιδία, καὶ γέροντες, καὶ βέβηλοι, καὶ ἱερεῖς ὁμοίως ἀνηροῦντο, καὶ πᾶν γένος ἐπιζήτησε βρόχων ὁ πόλεμος ὁμοῦ τοὺς τε ἱκετεύοντας καὶ ἀμυνομένους. σωρὸς δὲ ἦν φλογὸς ἐπὶ πλεῖστον ἐκφερομένη τοῖς τῶν πεπόντων στεναγμοῖς. καὶ ἀλλὰ μὲν τὸ ὕψος ἐπὶ λόφου, καὶ τὸ δὲ φλεγόμενον μέγεθος ἔργου, πάσαν ἂν τις εἴποι καμεῖν τὴν πόλιν. τὸ δὲ βοὴς ἐκείνης ἐδὲν ἐπινοηθείη δυσαὶ ἂν, ἢ μεῖζον, ἢ φοβερώτερον. τὸ τε γὰρ ῥωμαϊκῶν παταγμάτων ἀλαλαγμὸς ἐπὶ συμφερομένων, καὶ τῶν στασιαστῶν πυρὶ καὶ σιδήρῳ κεκυκλωμένων κραυγὴ, ἅτε ἀπολημφθέντος ἄνω λαοῦ, τροπὴ τε μετ' ἐκπλήξεως εἰς τὰς πολεμίους, καὶ πρὸς τὸ πάθος οἰμωγαί. συνεβόα δὲ πᾶς ἐπὶ λόφου, τὸ κατὰ τὴν πόλιν πολύθρηνον. ἤδη δὲ πολλοὶ τοῦ λιμοῦ μαρασμόμενοι, καὶ μεμυκότες, ὡς εἶδον τὸ ναὸν πῦρ, εἰς ὀδυρμοὺς πάλιν καὶ κραυγὴν εὐτόνησαν. συνήχει δ' ἥτε περαία, καὶ τὰ πέριξ ὄρη, βαρυτέραν ποιοῦντα τὴν ἠχώ. ἐπὶ δὲ ἐπορεύετο τὸ πάθος φοβερώτερον. τὸ μέντοι δὲ ἱερὸν λόφου ἐκ ῥιζῶν ἂν τις ἐδόξε θεάσασθαι, πάντοθεν δὲ πυρὸς εἶναι, καὶ τῶν φονευόντων, πλείους τοὺς φονευομένους. ἐδαμοῦ γὰρ ἡ γῆ διεφαίνετο τῶν νεκρῶν, ἀλλὰ σωροῖς ἐπεμβαίνοντες οἱ ζῶντες σωμάτων ἐπὶ τοὺς φεύγοντας ἔθεον. τὸ μὲν οὖν ληστρικὸν πλῆθος ὠσάμενοι τοὺς ῥωμαίους, μόλις εἰς τὸ ἔξω διεκπίπτουσιν ἱεροῦ, κἀκεῖθεν εἰς τὴν πόλιν. ὁ δὲ δημοτικὸς ὄχλος τὸ λεφθὲν, ἐπὶ τὴν ἔξω στοὰν κατέφυγε.

B Cum templum autem incenderetur, etiam quicquid in manus forte veniſſet rapiebatur, & cædes erat infinita deprehenſorum. Nec ætatis miſeratio, aut reverentia caſtitatis: ſed & pueri & ſenes & ſacri & profani ſimiliter interficiebantur, atqve omne genus hominum belli calamitas perſeqvebatur, unaqve ſupplices cum repugnantibus necabantur: flammaq; ulterius progrediens, cum gemitu occumbentium concrepabat. Et pro altitudine quidem collis, ardentisqve operis magnitudine, totam quis arderecrederet civitatem. Illo autem clamore nihil majus aut horribilius excogitari poteſt. Nam & Romanarum legionum fremitus erat, & ſeditioſorum ferro igniq; clauſorum clamor ingens, & populi ſurſum deprehenſi ad hoſtes fuga cum ſtupore, ac calamitatis conqueſtio: in colle autem conſtitutis, etiam multitudo oppidi conſonabat. Jam vero multi fame marcidi, in mortem pene luminibus clauſis, poſtqvam ignem templi vidêre, in queſtus interim vires clamoremqve receperunt. Reſonabat autem & trans fluvium regio & montes circumpoſiti graviorem ſonitum reddebant: & tamen erant clades acerbiores tumultu. Nam collem quidem in quo templum erat exuri radicitus quis putaret, ita undiq; flamma plenum: videbatur autem ſanguis igne largior eſſe, pluresqve interfectoribus interfecti: omnisq; terra cadaveribus tegebatur, & ſupra corpora mortuorum gradientes milites curſum fugientium ſequebantur. Latrocinalis quidem multitudo, tandem pulſis Romanis, in exterius templum, deinde in civitatem invadit. populi autem quod fuit reliqvum, in exteriorem porticum confugerat. Sacerdotum autem nonnulli primum verubus, itemq; ſedibus ſuis, quæ ex plumbo factæ erant, avulſis, in Romanos pro miſſilibus utebantur: deinde cum nihil proficerent, ignisq; in eos evomeretur, in parietem ſecedentes octo cubitis latum ibi manebant. Duo tamen ex nobilibus, cum ad Romanos tranſeundo ſervari poſſent, aut communem cum cæteris durare fortunam, ſemetipſos in ignem injecêre, & cum templo concremati ſunt, Meirus filius Belgæ, & Joſephus Dalæi. Romani autem, quod fruſtra ſe circum templum ædificiis parcere judicabant, cum ipſum templum arderet, omnia ſimul incendunt, & quicquid ex porticibus reliqvum erat, & portas: præter unam ex parte Orientali, alteram ex Meridiana, quamvis eas quoque poſtea funditus everterint. Quinetiam arculas, quæ gazophylacia vocantur, incendunt, in quibus magna vis erat pecuniæ, ac plurimum veſtium, aliaqve bona, & (ut breviter dicam) omnes Judæorum congeſtæ divitiæ, quod opulentiſſimus quisqve illuc totas domos exhauſerant. Venerunt autem etiam in eam quæ reſtabat unam porticum, extra templum quo confugerant ex populo mulierculæ, itemqve pueri & promiſcua multitudo, prope ad ſex hominum millia.

De ſacerdotibus, gazophylacioq; & porticu.

Κεφ. κβ.

Τῶν δ' ἱερέων τινὲς, τὸ μὲν πρῶτον ἀπὸ τοῦ ναοῦ τοὺς τε ὀβελοὺς, καὶ τοὺς ἕδρας αὐτῶν μολίβδου πεποιημένους ἀναστῶντες, εἰς τοὺς ῥωμαίους ἠφίεσαν. αὖθις δ' ὡς ἔτ' ἰσχύοντι, καὶ τὸ πῦρ ἐπ' αὐτοὺς ἀνερρήγνυτο, ὅπου τὸ τεῖχον ἀναχωρήσαντες ὅπερ ὀκτὼ πήχεων τὸ εὖρος, ἔμενον. δύο γε μὴν τῶν ἐπιφανῶν παρὸν σωθῆναι, πρὸς ῥωμαίους μεταστῆσαι, ἢ μεταρτηρεῖν πρὸς τὸ μὴ τὰ ἄλλων τύχωσι, ἑαυτοὺς ἐρρίψαν εἰς τὸ πῦρ, καὶ τῷ ναῷ συγκατεφλέγησαν, μήτρός τε υἱὸς Βελγᾶ, καὶ Ἰώσηπος Δαλαίου. ῥωμαῖοι δ', μάταιον τλαὶ ἐπὶ τοῖς περὶ φειδὼ ποιήσαντες, ὁ ναὸς φλεγομένου, πάντα συνεπίπρασαν, τά τε λείψανα τῶν στοῶν, καὶ τὰς πύλας, πλὴν δυοῖν, τῆς μὲν ἐκ τῶν ἀνατολικῶν, τῆς δὲ μεσημβρινῆς, καὶ ταύτας ὕστερον κατέσκαψαν. ἔκειντο δὲ καὶ παρὰ ζοφυλάκια, ἐν οἷς ἄπειρον μὲν χρημάτων πλῆθος, ἄπειροι δ' ἐσθῆτες, καὶ ἄλλα κειμήλια, συνελόντι δ' εἰπεῖν, πᾶς ὁ ἰουδαίων σποδὸς πλοῦτος, ἀνασκαλευομένων ἐκεῖ τῶν οἴκων τῶν εὐπόρων. ἦσαν δὲ καὶ ἐπὶ τοῖς λοιποῖς στοαὶ τοῦ ἔξωθεν ἱεροῦ. κατέφυγε δ' ἐπ' αὐτοῖς ἀπὸ τοῦ δήμου γύναια καὶ παιδία, καὶ σύμμικτος ὄχλος πολύς, εἰς ἑξακισχιλίους.

Sed priusquam de his Cæsar quicquam decerneret, vel ducibus imperaret, ira flagrantes milites incendunt porticum. Hinc contigit, ut alii qvum se ex flamma præcipitarent morerentur, alios ipsa corrumperet: ex tanto autem numero nemo servatus est. His causa interitus quidam pseudòpropheta fuerat, qui eo die prædicaverat in civitate, quod eos in templum Deus ascendere signa salutis accepturos juberet. Multi enim a tyrannis tunc subornati prophetæ, populo denunciabant, ut expectarent Dei auxilium, quo propterea minus profugerent, & eos qui supra timorem & custodiam fierent, spes retineret. Cito autem in adversis homini persvadetur. Quod si etiam malorum instantium liberationem polliceatur qui fallit, necessario, qui ea patitur, spei totus efficitur.

A πρὶν ἢ καίσαρα κρῖναί τι τῶν αὐτῶν ἢ κελεῦσαι τοὺς ἡγεμόνας, φερόμενοι τοῖς θυμοῖς οἱ στρατιῶται, τὴν στοὰν ἐμπιπράσι, καὶ συμβαίνει τοὺς μὲν, ἑαυτοὺς ἐκ τῆς φλογὸς ἀλεξιβρεμέσθαι, τοὺς δ' ἐν αὐτῇ θανατοῦσθαι δ' ἐκ τοσούτων ἑνὸς.

CAP. XII.

De prodigiis excidiũ Hierosolymæ præcedentibus & præsagiis.

DEniqve miserabilis populus, illis quidem B fallacibus Deumq; calumniantibus, credulus erat. Certis vero prodigiis & futuram solitudinem prænunciantibus, neqve attendebant animo, neqve credebant: sed velut attoniti, nec aut oculos habentes, aut animas, edicta Dei dissimulavêre: modo cum supra civitatem sidus stetit simile gladio, & per annum perseveravit, comes modo cum ante defectionem primiqve belli motus ad diem festum Azymorum populo conveniente (octavus autem dies erat Aprilis mensis) nona hora nocturna, circum aram itemqve templum tantum lumen effulsit, ut clarissimus dies putaretur: & hoc usqve ad mediam permansit horam: quod imperitis quidem bonum augurium esse videbatur: sacrorum vero peritis, prius quam eveniret, statim dijudicatum est. Eodemqve festo die etiam bos cum ad hostiam duceretur, agnum in medio fani peperit. Orientalis autem porta interioris templi, cum esset ænea atq; gravissima, & sub vesperam vix a viginti viris clauderetur, serisq; ferro vinctis obseraretur, pessulosq; altos haberet in saxeum limen demissos, uno perpetuo lapide fabricatum, visa est noctis hora sexta sponte patescere. His autem curriculo per custodes templi magistratui nunciatis, F ascendit ille, vixq; eam potuit claudere. Verum & hoc iterum ignaris quidem signum optimum videbatur. Deum namq; bonorum portam aperuisse dicebant. Prudentiores vero templi tutamen sponte sua dissolutum iri cogitabant: & hostium donum esse, portas aperiri: solitudinemq; illo ostento signari inter se pronunciabant. Post dies autem festos diebus paucis, vicesimoprimo G die mensis Maji visio quædam apparuit fidem excedens. Pro fabula autem fortasse quod dicturus sum haberetur, nisi qui viderunt superessent, & clades dignæ præsagiis secutæ fuissent. namqve ante solis occasum visi sunt per inane ferri currus totis regionibus, & armatæ acies tranantes nubila, & civitati circumfusæ. Festo autem die, quem Pentecosten vocant, nocte sacerdotes intimum templum more suo ad divinas res celebrandas ingressi; primum quidem motum quendamqve strepitum senserunt,

C ἄθλιον δῆμον, οἱ μὲν ἀπατεῶνες, καὶ καθ' ὑδρίζοντες θεὸν, τὴν ἀπειθείαν παρέπεμπον. τοῖς δ' ἐναργέσι, καὶ μεγίστοις τῶν μελλόντων ἐρημίαν τεκμαίρεσθαι, ἔτι θεσπεῖχον, ἔτι ὄπτιδον, ἀλλ' ὡς ἐμβεβροντημένοι, καὶ μήτ' ὄμματα, μήτε ψυχὰς ἔχοντες, τῶν θεῖων παρῆκαν.

Κεφ. λα.

ΤΟσοῦτον μὲν ὅτι ὑπὲρ τὴν πόλιν ἄστρον ἔστη ῥομφαία ἐοικὸς, καὶ κομήτης ἐνιαύσιος, καὶ D πρὸ τοῦ τὸν πόλεμον κινήματος ἀθροιζομένων δὲ λαῶν πρὸς τὴν τῶν ἀζύμων ἑορτὴν, ἐγγὺς δὲ ἓν ἀναθεμάτων μηνὸς, καὶ νυκτὸς ὑπὲρ τὴν ὥραν, τοσοῦτον φῶς περέλαμψε τὸ βωμὸν, καὶ τὸν ναὸν, ὡς δοκεῖν ἡμέραν εἶναι λαμπράν, καὶ ἐπὶ παρέτεινεν ἐφ' ἡμίσειαν ὥραν. ἐπὶ τοῖς μὲν ἀπείροις, ἀγαθὸν ἐδόκει, τοῖς δ' ἱεροσυμμαπόσι, πρὸς τῶν ἀποβεβηκότων εὐθὺς ἐκρίθη. καὶ ἐν τῇ αὐτῇ ἑορτῇ βοῦς μὲν ἀχθεὶς ὑπὸ τὴν θυσίαν πρὸς τῷ ναῷ, ἔτεκεν ἀρνα ἐν τῷ ἱερῷ μέσῳ. ἡ δ' ἀνατολικὴ πύλη τοῦ ἐσωτέρου, χαλκῆ μὲν οὖσα ἐπὶ βαρυτάτη, κλειομένη δ' ὑπὸ δὶς ἓξ μόλις ὑπ' ἀνδρῶν ἴσχυσι, καὶ μοχλοῖς μὲν ἐπηρεισμένη σιδηροδέτοις, καὶ καταπύρας δ' ἔχουσα βαθυτάτας, εἰς τὸ ἔδαφος ὀνυχοδιλευκοῦς λίθου καθειμένους, ὤφθη καὶ νυκτὸς ὥραν ἕκτην, αὐτομάτως ἀνεῳγμένη. θραμβοῦνται δ' οἱ τῆς ἱερᾶς φύλακες, ἦλθόν τε τῷ στρατάρχῃ, κἀκεῖνος ἀναβὰς, μόλις αὐτὴν ἴσχυσε κλεῖσαι. πάλιν δ' ἐπὶ τοῖς μὲν ἰδιώταις κάλλιστον ἐδόκει τέρας. ἀναίμακτόν τι θεὸν αὐτοῖς τῶν ἀγαθῶν πόλιν. οἱ λογιώτεροι δ' ἀνοιγομένην αὐτομάτως καὶ νὺξ τῆς ἀσφαλείας ἐσπεσοῦσα, καὶ πολεμίοις δῶρον ἀνοίγεσθαι τῆς πόλεως, ὑπελάμβανον τὴν ἐρημίαν ἐπιφαίνουσαν ἐν ἑαυτοῖς τὸ σημεῖον. μεθ' ἣν τῆς ἑορτῆς ἡμέρᾳ πέμπτῃ ὕστερον ἐκ πολλοῖς μέσαις καὶ σχεδὸν ὀγδοηκοστὸν μέσης, φάσμα θεσπέσιον ὤφθη μᾶλλον πίστεως. τερατεῖα δ' ἂν ἔδοξεν οἶμαι τὸ ῥηθησόμενον, εἰ μὴ τοῖς ἰδοῦσι μένοις ἐγρήγορε, καὶ τὰ ἐπισκήψαντα τοῖς πάθη τῶν σημείων ἐπῆν ἄξια. πρὸ γὰρ ἡλίου δύσεως ὤφθη μετέωρα πᾶσαν τὴν χώραν, ἅρματα καὶ φάλαγγες ἐννεφῶν, καὶ περικυκλοῦσαι τὰς πόλεις. καὶ ἐν τῇ ἑορτῇ, ἣ πεντηκοστὴ καλεῖται, νύκτωρ οἱ ἱερεῖς παρελθόντες εἰς τὸ ἔνδον ἱερὸν, ὥσπερ εἰώθεσαν ἐφ' ἃ δὲ πρὸς τὰς λειτουργίας, πρῶτον μὲν κινήσεως ἀντιλαβέσθαι ἔφασαν καὶ κτύπου,

μετὰ δὲ

μὴ ὃ ταῦτα ἐκ φωνῆς ἀθρόας, μεταβαίνωμεν ἐπὶ τὸ δεύτερον, ἰησοῦς γάρ τις υἱὸς ἀνανίου τῶν ἰδιωτῶν ἀγροῖκος, πρὸ τεσσάρων ἐτῶν τοῦ πολέμου, τὰ μάλιστα τῆς πόλεως εἰρηνευομένης, καὶ εὐθηνούσης, ἐλθὼν εἰς τὴν ἑορτὴν, ἐφ' ἣν σκηνοπηγίαν πάντες ἐθος τῷ θεῷ, καὶ τὸ ἱερὸν ἐξαπίνης ἀναβοᾶν ἤρξατο· φωνὴ ἀπ' ἀνατολῆς, φωνὴ ἀπὸ δύσεως, φωνὴ ἀπὸ τῶν τεσσάρων ἀνέμων, φωνὴ ἐπὶ ἱεροσόλυμα, καὶ τὸν ναὸν, φωνὴ ἐπὶ νυμφίους καὶ νύμφας, φωνὴ ἐπὶ τὸν λαὸν πάντα. ἔτι μὲν ἡμέρας καὶ νύκτωρ, καὶ πάντας τοὺς στενωποὺς περιὼν κεκραγώς. τῶν δ' ἐπιφανῶν τινὲς δημοτῶν ἀγανακτήσαντες πρὸς τὸ κακόφημον, συλλαμβάνουσι τὸν ἄνθρωπον, καὶ πολλοῖς αἰκίζονται πληγῆς. ὁ δ' οὐδὲν ὑπὲρ ἑαυτοῦ φθεγξάμενος, ἐπ' ἰδίαις πρὸς τοὺς παρόντας, ὡς καὶ πρότερον φωνὰς βοῶν διετέλει. νομίσαντες δ' οἱ ἄρχοντες, ὅπερ ἦν, δαιμονιώτερόν εἶναι τὸ κίνημα τοῦ ἀνδρὸς, ἀνάγουσιν αὐτὸν ἐπὶ τὸν ῾Ρωμαίων ἔπαρχον, ἔνθα μάστιξι μέχρις ὀστέων ξαινόμενος, οὐδ' ἱκέτευσεν, οὐδ' ἐδάκρυσεν· ἀλλ' ὡς οἷόν τε μάλιστα τῇ φωνῇ ὀλοφυρτικῶς παρεγκλίνων, πρὸς ἑκάστην ἀπεκρίνατο πληγὴν, αἰ αἰ ἱεροσολύμοις. ὃ δὴ ἀλβῖνος διερωτῶντος, ἔτος δὲ ἐπάρχου τῇδε ἦν, καὶ πόθεν, καὶ ἀφ' ὅτου ταῦτα φθέγγοιτο, πρὸς ταῦτα μὲν οὐδ' ὁτιοῦν ἀπεκρίνατο. τὸν δ' ἐπὶ τῇ πολιθρηλοῦντος ἔρωτι, καὶ διέλκοντι, μέχρι κατηγυὴς μανίαν ὁ ἀλβῖνος, ἀπέλυσεν αὐτόν. ὁ δὲ τὸν μέχρι δεῦρο πολέμου χρόνον, ὅτε προσοίη τινὶ τῶν πολιτῶν, ὅτ' ὠφθη λαλῶν, ἀλλὰ καθ' ἡμέραν ὥσπερ εὐχὴν μεμελετηκὼς, αἰ αἰ ἱεροσολύμοις ἐθρήνει. ὅτε δέ τινι τῶν τυπτόντων αὐτὸν ὀσημέραι κατηρᾶτο, ὅτε τοῖς προφῆταις μεταδιδόντας εὐλογίαν. μία δὲ πρὸς πάντας λοιδορία, ἡ σκυθρωπὴ κληδόνων ἀπόκρισις. μάλιστα δ' ἐν ταῖς ἑορταῖς ἐκπεραίνων, καὶ ὅτ' ἐφ' ἑπτὰ ἔτεσι, καὶ μησὶν οὐ πέντε ἔτι πρότερον, ὅτ' ἡμελλωδῶν τῇ φωνῇ, ὅτε ἔκαμνε, μέχρις ὅτου τὴν πολιορκίαν ἔργῳ τοῖς κληδόσιν ἰδὼν, ἀνεπαύσατο. πρὸ ἐνιαυτοῦ γάρ ὅτι ὅτε ἴσχυε, αἰ, αἰ πάλιν τῇ πόλει, καὶ τῷ λαῷ, καὶ τῷ ναῷ προσφυσίου ἐδόα. ὡς δὲ τελευταῖον προσέθηκεν αἰ αἰ ἐγὼ κάμοὶ, λίθος ἐκ βαλλοντείου μηχανῆς ἐκπεσὼν, καὶ πληξας αὐτὸν, ὡδοιπορήματι κτείνει. φθεγξάμενος δ' ἐπὶ τοῖς κληδόσι ἐκείνοις, τῇ ψυχῇ ἀφῆκεν. ταῦτα τῆς ἐννοίας εὑρήσει, τὸν μὲν θεὸν ἀνθρώπων κηδόμενον, καὶ παντοίως προσημαίνοντα τῷ σφετέρῳ γένει τὰ σωτήρια, τοὺς δ' ἐπ' ἀνοίαις καὶ κακίαις αὐθαιρέτοις ἀπολλυμένους. ὅπερ γε ἰουδαῖοι καὶ τὸ ἱερὸν μὴ τῷ καθαίρεσιν τῆς ἀντωνίας τετράγωνον ἐποιήσαντο, ἀναγεγραμμένον ἐν τοῖς λογίοις ἔχοντες, ἁλώσεσθαι τὴν πόλιν καὶ τὸν ναὸν, ἐπειδὰν τὸ ἱερὸν γένηται τετράγωνον. τὸ δ' ἐπάρασαν αὐτοὺς μάλιστα πρὸς τὸν πόλεμον, ἰουδαίοις χρησμὸς ἀμφίβολος ὁμοίως ἐν τοῖς ἱεροῖς εὑρημένος γράμμασιν, ὡς κατὰ τὸν καιρὸν ἐκεῖνον, ἀπὸ τῆς χώρας τις αὐτῶν ἄρξει τῆς οἰκουμένης. ὅπερ οἱ μὲν ὡς οἰκεῖον ἐξέλαβον, καὶ πολλοὶ τῶν σοφῶν ἐσφάλησαν θεὸν τοῦ κρίσιν. ἐδήλου δ' ἅμα τὸν πρὸ ἑαυτοῦ χρόνον ἡ μονία, ἀποδειχθέντος ἤδη ἰουδαίας αὐτοκράτορος. ἀλλὰ γὰρ ἄνθρωποις τὸ χρεὼν ἀφυγεῖν, οὐδὲ προορωμένοις. οἱ δὲ καὶ τὰ σημεῖα,

A postea vero subitam vocem audiere, quæ diceret, Migremus hinc. Quod autem his horribilius fuit, Jesus quidam, filius Anani, plebejus & rusticus, quadriennio prius quam bellum gereretur, in summa civitatis pace atqve opulentia, cum ad festum diem veniſſet, quo ategias in honorem Dei componi in templo ab hominibus mos est, repente exclamare cœpit: Vox ab Oriente: Vox ab Occidente: Vox a quatuor ventis: Vox in Hierosolymam & templum: Vox in maritos novos novasq; nuptas: Vox in omnem hunc populum. Atqve hæc inter diu noctuq; clamitans omnes civitatis vicos circuibat. Nonnulli autem virorum insignium, adversum omen indigne ferentes, corripiunt hominem, multisq; verberibus afficiunt. Ille autem neqve pro se, nec ad eos qui se mulctabant, secreto quicquam loqvutus, eadem quæ prius vociferans perseverabat. Magistratus autem rati, quod erat verum, magis divinum esse hominis motum, ducunt eum ad Romanorum præfectum: ubi plagis usq; ad ossa laceratus, neq: supplex cuiquam fuit, neq; lacrymavit: sed ut poterat inclinans maxime flebiliter vocem ad singulos ictus respondebat: Veh veh Hierosolymis. Albino autem interroganti (is namq; judex erat) quis esset, vel unde ortus, aut cur ista diceret, nihil retulit. Non prius autem cessavit a luctu miseræ civitatis, donec eum Albinus furere judicatum dimisit. Ille autem ad belli usqve tempus neqve adibat quenquam civium, neqve loqui visus est: sed quotidie velut orationem quandam meditatus, Veh veh Hierosolymis querebatur. Sed neq; imprecatus est cuiquam, cum in dies singulos mulctaretur, nec victum offerentibus bene dicebat. Sola vero ejus responsio ad omnes erat, triste præsagium. Maxime autem diebus festis vociferabatur: idq; per annos septem, & quinque menses continuos faciens neqve voce raucior fuit, neqve delassatus est, donec obsidionis tempore ipsa re perspectis auguriis ipse quievit. Supra murum enim circumiens iterum, Veh veh civitati ac sano ac populo, voce maxima clamitabat. Cum autem ad extremum addidit, veh etiam mihi, lapis tormento missus eum statim peremit, animamq; adhuc illa omnia lugentem dimisit. Hæc si quis reputet, profecto inveniet, Deum quidem hominibus consulere, modisq; omnibus præmonstrare quæ sint eorum generi salutaria: ipsos autem ob dementiam suam malis voluntariis interire: quandoquidem & Judæi post Antoniam captam quadratum fanum fecerant: cum in sacris libris scriptum haberent, capiendam civitatem ac templum, si fanum quatuor angulis esset effectum. Sed quod maxime eos ad belli excitaverat, responsum erat ambiguum, itidem in sacris libris inventum, quod eo tempore quidam esset ex eorum finibus orbis terræ habiturus imperium. Id enim illi quidem quasi proprium acceperunt, multiqve sapientes interpretatione decepti sunt. Hoc autem plane responso, Vespasiani designabatur imperium, qui apud Judæam creatus est imperator. Sed enim homines fatum vitare non possunt, etiam si præviderint. At vero hi signorum

qvædam pro ſua libidine interpretati ſunt, alia contempsêre: donec patriæ excidio ſuaq; pernicie, eorum iniqvitas confutata eſt.

CAP. XIII.

De Imperio Titi, & ſacerdotum interfectione.

ROmani quidem, poſtqvam ſeditioſi ad civitatem confugêre, templo itemq; omnibus circum locis ardentibus, ſigna in fano repoſuêre contra portam Orientalem: hiq; ibi ſacrificio celebrato, maximis cum clamoribus declarabant Titum Imperatorem. Usqve adeo vero præda ſatiati ſunt milites univerſi, ut in Syria dimidio qvam pridem fuerat pretio pondus auri væniret. Ex his autem ſacerdotibus, qui in templi pariete perduraverant, puer ſitiens a Romanis cuſtodibus pacem petebat, ſitimq; fatebatur. Sed ubi illi tam ætatis qvam neceſſitatis miſerti, dedêre ei dexteram, & ipſe bibit, & qvam ſecum attulerat lagena repleta, ſurſum refugiens abiit ad ſuos: nec eum quisquam cuſtodum aſſequi valuit, ſed ejus perfidiæ maledicebant. Ille autem nihil ſe præter placita feciſſe dicebat. Dexteram enim ſibi datam, non ut apud ipſos remaneret, ſed ut tantum deſcenderet, atq; ut aquam acciperet, & qvæ cum fecerit, in fide manſiſſe. Aſtutiam qui-dem propter ætatem, maxime pueri, qui decepti fuerant, mirabantur. Quinta vero die ſacerdotes oppreſſi fame deſcendunt, & a cuſtodibus ad Titum perducti, ut ſalutem ſibi concederet orabant. Ille autem veniæ quidem tempus illis præteriiſſe fatus, periiſſe vero id cujus eos gratia meritoconſervaſſet, decere autem ſacerdotes interire cum templo, duci homines ad ſupplicium jubet. Sed tyranni cum ſociis, quoniam bello undiqve tenebantur, circundatis autem usqvam erat fugæ copia, Titum ad colloqvia provocant. Ille autem pro humanitate naturali ſemper oppidum ſervare cupiens, & amicis præterea ſvadentibus (latrones enim jam moderatiores factos eſſe arbitrabantur) in parte occidua templi interioris conſiſtit. Hic enim ſuper Xyſtum erant portæ, ac pons qui civitatem ſuperiorem templo jungebat, isqve tunc inter tyrannos ac Titum interveniebat. Multi autem militum utrinqve denſi aſtabant: Judæi quidem circum Simonem ac Joannem ſuſpenſi ſpe veniæ: Romani vero ad Cæſarem ſpeculandi ſtudio, qualiter eos reciperet. Edicto autem dato militibus, Titus, ut & iracundiam & ſagittas continerent, adhibitoq; interprete, quo argumento ſuperior oſtendebatur, prior alloqui cœpit. Etiamne ſaturati eſtis patriæ malis, ô viri? quibus neqve virtutis noſtræ, neqve infirmitatis propriæ venit in mentem: ſed inconſulto impetu ac furore perditis populum & civitatem ſimul ac templum, ipſi quoque juſte pericuri: qui primum quidem, poſtquam vos Pompejus fortiter debellaverat, novas res affectare non deſtitiſtis, deinde etiam bellum apertum contra Romanum populum extuliſtis: utrumne multitudine freti? atqui parva manus vobis Romani exercitus ſatis reſtitit. Auxiliatorum fide? Et qvæ gens imperio noſtro libera, Judæos præ Romanis optaret? Sed viribus corporum? Atqui ſcitis nobis ſervire Germanos. Firmitate

ἃ μὲν ἔκρινεν ὡς ἡδονῇ, ἃ δ' ἐξυβρίσαντα, μέχρι τῆς αὐλαίας τὸ παγείδιον, καὶ τῶν φθορέων αὐτῶν ἐλεύθερον, ἀπηλλάχθησαν τῶν ἄνοιαν.

ΚΕΦ. ΚΕ.

ὡς ἐπὶ τοῖς νομιζομένοις καλλιερήσαντες ἀρχαῖς, ἀ-
πῆσαν εἰς τὸ βασίλειον. καὶ τοὺς μὲν, αὐτοὶ πρὸς ἐω-
χίαν ὑπεδέχοντο. τοῖς δ' ἄλλοις ἅπασιν, ἐπέπεσε
τὸ εἰκὸς ἐν τῇ ἑστιάσει ἦσαν παρασκευαί. ταύτην
γὰρ τὴν ἡμέραν, ἡ ῥωμαίων πόλις ἑώρταζεν, ἐπινίκιον
μὲν, τῆς τῶν πολεμίων στρατιᾶς, πέρας δὲ τῆς τῶν
ἐμφυλίων κακῶν, ἀρχὴν δὲ τῶν ὑπὲρ τῆς ἀθανασίας
ἐλπίδων.

Κεφ. ιθ.

Μετὰ δὲ τοὺς θριάμβους, καὶ τὸν βεβαιοτάτην τῆς
ῥωμαίων ἡγεμονίας κατάστασιν, οὐεσπασιανὸς
εἰρήνην τε ἅπασι εἰρήνης καθαστεύσας. ταχὺ δὲ ἡ
μάλα, καὶ πόσης ἀνθρωπίνης κρίσεως ἐπέπλεω-
σεν. τῇ γὰρ ὄντι ὑπερβάλλουσα χορηγία θεοῦ μόνου χρηστόμυθος,

quidem fortunatissimam terram, totas vero interfici acies hostiũ: & alios fugere, alios captivos duci: murosqve excellentes magnitudine machinis dirui, & castellorum excindi munimina, & populosarum civitatum mœnia disturbari, exercitumqve intra muros infundi: cædisqve omnia loca plena, & eorum qvi manu resistere non poterant preces: ignemqve templis immissum, ædiumqve super dominos post multam vastationem eversiones: atque amnis tristitiam, defluentis non in arva culta, neqve ad hominum vel pecorum potum, sed per terram ex omni parte flagrantem. Hæc enim Judæi bello passi sunt: ars autem & confectorum operum magnitudo, nescientibus adhuc facta tanqvam præsentibus ostendebant. Erat autem per singula pegmata captæ civitatis dux, ita ut captus fuerat ordinatus. Multæ etiam naves sequebantur. Spolia vero alia qvidem passim ferebantur. eminebant autem ea qvæ apud Hierosolymam in templo reperta sunt, mensa aurea ponderis talenti magni, & candelabrum similiter qvidem auro factum, sed opere comutato ab usus nostri consuetudine. nam media qvidem columna basi hærebat, tenues autem ab ea cannulæ producebantur, formatæ ad similitudinem fuscinæ, ad summum qvæq; in lychni speciem fabricatæ. erant autẽ numero septem, septimi diei, qvi apud Judæos est, indicantes honorem. Post hæc autem portabatur lex Judæorum, novissima spoliorum. Deinde transibant plurimi victoriæ simulacra portantes, omnia ex auro & ex ebore facta. Post hæc Vespasianus prior ibat, & Titus deinde sequebatur. Domitianus autem adeqvitabat, ipse qvoqve ornatus pulchritudine, dignumqve spectari exhibens eqvum. Pompæ autem finis fuit Capitolini Jovis templum, qvo postqvam ventum est, constitere. Erat autem vetus mos patrius, operiri donec ducis hostium mortem qvispiam nunciaret. Is erat Simon Gioræ, tunc inter captivos in pompa traductus: laqveo vero circundatus per forum trahebatur, quo eum simul cæderent qvi ducebant. Lex autem Romanis est, ibi necare criminum reos morte damnatos. Postqvam igitur eum finem vitæ habere nunciatum est, omniumqve favor secutus est, tunc hostias inchoavere. hisque secundo per vota solennia omine peractis, in palatium recessere. Et alios qvidem epulis ipsi excepere, aliis autem omnibus domi conviviorum instructi erant apparatus. Hunc enim diem urbs Romana celebrabat, victoriæ qvidem in hostes gratulatorium, finem vero malorum civilium, & spei bonæ pro felicitate principium. Post triumphos vero, & Romani imperii firmissimum statum, Vespasianus Paci templum ædificari decrevit. Itaqve mira celeritate, & qvæ hominum cogitationem superaret, effectũ est. Magna enim divitiarũ largitate usus,

insuper perfectis id picturæ ac figmentorum operibus exornavit. Omnia namqve in illud fanum collecta ac depoſita ſunt, qvorum viſendorum ſtudio per totum orbem, qui ante nos fuerunt, vagabantur: quomodo aliud apud alios ſitum eſſet, videre cupientes. Hic autem repoſuit etiam quæ Judæorum fuerant inſtrumenta, his ſe magnifice ferens. Legem vero eorum, & penetralium vela purpurea in palatio condita ſervari præcepit.

CAP. XXV.

Herodion & Machærus a Baſſo capta.

IN Judæam vero legatus miſſus Lucilius Baſſus, ſuſcepto a Cereali Vetiliano exercitu, caſtellum quidem Herodion cum præſidio deditione cepit. Poſt autem omni manu militari collecta, multi autem in partes diviſi erant, & legione decima bellum inferre Machærunti ſtatuit. Valde enim neceſſarium videbatur id excindi caſtellum, ne multos ſui munimine ad defectionē invitaret. Nam & ſalutis ſpem habitatorib. certam, & aggredientibus hæſitationem atq; formidinē natura loci præſtare maxime poterat. Nā ipſum quidem quod muro cinctum eſt, ſaxoſus eſt collis, in proceram altitudinem ſurgens, & ob hoc etiam capi difficilis videtur: ſed ne vel accedi poſſet eo natura excogitarat, quæ vallibus eum ex omni parte vallaverat, qvarum altitudo oculis comprehendi non poſſet: nec tranſire erat facile, nec aggeſtu ulla ratione compleri poſſibile. Nam ea quæ ab Occidente ſecat vallis LX. ſtadiis diſtenditur, unde Aſphaltites lacus ei limitem facit. ex hoc vero tractu ipſe Machærus altiſſimo vertice ſupereminet. A Septentrione autem & Meridie, valles magnitudine quidem ſupradicta cingunt; ſimiliter vero ſunt inextricabiles ad oppugnationem. ejus vero vallis quæ ab Oriente eſt, altitudo non minor centum cubitis invenitur: monte vero ex adverſo Machærunti poſito terminatur. Ea loci natura perſpecta rex Alexander, primus in eo caſtellum communivit, qvod poſtea Gabinius bello cum Ariſtobulo geſto depoſuit. Herodi autem regnanti, omnibus locis dignior cura viſus eſt, & conſtructione tutiſſima, propter Arabum præcipue vicinitatem. namque opportune ſitus eſt, eorum fines proſpectans. Magno ergo locum muro amplexus ac turribus, civitatem illic fecit incolis, unde in arcem ipſam ferebat aſcenſus. Quin & circa ipſum verticem rurſus murum ædificaverat, turreſque in angulis ſexagenorum cubitorum erexerat. In medio autem ambitu regiam ſtruxerat, magnitudine ſimul habitationum & pulchritudine locupletem. Multas vero ciſternas recipiendis aqvis abundeq; ſuppeditandis, locis maxime idoneis fecerat: veluti cum natura certaret, ut qvod illa ſitu locis expugnabile fecerat, ipſe manu ſtructis munitionibus ſuperaret. Inſuper enim & ſagittarū multitudinem machinarum repoſuit: & omnē apparatū excogitavit, qui habitatorib. poſſet magnæ

ἐπὶ τοῖς ἔκπαλαι κατωρθωμένοις γραφῆς τε καὶ πλάσεως ἔργοις, αὐτὸ κατεκόσμησε. πάντα γὰρ εἰς ἐκεῖνον τὸν νεὼν συνήχθη καὶ κατεπλήσθη, διὸ ὧν τότε ἕκαστοι ἄνθρωποι ὕστερον ἦκον πᾶσαν ἐπλανῶντο τὴν οἰκουμένην, ἕως ἄλλο παρ' ἄλλοις ἰδεῖν κείμενον, ἰδόντες ἐπαύοντο. ἀνέθηκε δ' ἐνταῦθα, καὶ τὰ ἐκ τοῦ ἱεροῦ τῶν Ἰουδαίων ξυλικὰ κατασκευάσματα, σεμνυνόμενος ἐπ' αὐτοῖς. τὸν νόμον αὐτῶν, καὶ τὰ πορφυρᾶ δ' σηκοῦ καταπετάσματα, φυλάττειν ἐν τοῖς βασιλείοις ἐκέλευσε.

Κεφ. κ.

Ἐπὶ τοῦ Ἰουδαίων, πρεσβεύοντος Λουκίλλου Βάσσου ἐπιμοιρίας, καὶ τοῦ στρατιὰν ἀθροίσαντος Κερεαλίου Οὐετιλιανοῦ Γαλατῶν, τὸ μὲν ἐν τῇ Ἡρωδείῳ φρούριον προσηλώσατο μετὰ τῶν ἐχόντων. μετὰ πάντα δὲ πᾶν ὅσον ἦν στρατιωτικὸν συναγαγών, πλὴν δ' ἓν μέρη διηρημένον, καὶ τῶν τάγματων τὸ δέκατον, ἔγνω στρατεύειν ἐπὶ Μαχαιροῦντα. πάνυ γὰρ ἦν ἀναγκαῖον ἐξαιρεθῆναι τὸ φρούριον, μὴ διὰ τοῦτο ἰσχυρὸν πολλοὺς εἰς ἀποστασίαν ἐπαγάγηται. καὶ γὰρ τοῖς κατέχουσι βεβαίαν ἐλπίδα σωτηρίας, καὶ τοῖς ἐπιοῦσιν ἄπορον καὶ δύσβατον, ἥ τε χωρίου φύσις ἦν ἀφ' ὑψηλοῦ ἀσφαλοῦς.

Κεφ. κα.

Ἀλλὰ τὸ μὲν χαρακωθὲν περιώδους ὀχλήσεως ἦν, εἰς μῆκος ὕψος ἐγηγερμένον, ὡς ἀναγκαῖα διὰ τοῦτο δυσχείρωτος· μεμηχάνητο δ' ὑπὸ τῆς φύσεως ἄνωθεν, μηδὲ προσβατὸς φάραγγι γὰρ πανταχόθεν ἀσφαλὲς ἔχούσης τὸ βάθος προβέβληται, μήτε περαθῆναι ῥᾳδίως δυναμένους, καὶ χωσθῆναι πανταχόπασιν ἀμηχάνοις. ἡ μὲν γὰρ ἀπὸ τῆς ἑσπέρας προβέβηκεν, ὡς ἑβδομήκοντα σταδίους ἐκτείνεσθαι, πρὸς αὐτῇ τῷ ἀσφαλτίτιδι λίμνῃ. καὶ τοῦτο δεῖ, καὶ αὐτὸς ὁ μαχαιροῦς, τῷ ὑψηλοτάτῳ ἔχει κορυφῇ ὑπερεμφύεσθαι. ἡ δὲ ἀπὸ τῆς ἄρκτου καὶ μεσημβρίας φάραγγες, μεγέθει μὲν ἀπολείπονται τῆς προειρημένης, ὁμοίως δ' εἰσὶν ἀμήχανοι πρὸς ἐπιχείρησιν. τῆς δὲ πρὸς τῷ ἀνατολῇ φάραγγος, τὸ μὲν βάθος οὐκ ἐλάττον ἑκατὸν διήκοντα πήχεων· πέρα δ' γενέσθαι πρὸς ὄρος ἀπαντικρὺ κείμενον μαχαιροῦντος. ταύτῃ δὲ τόπου κατιδὼν τῇ φύσει βασιλεὺς Ἰουδαίων Ἀλέξανδρος, πρῶτος ἐπ' αὐτοῦ τειχίζει φρούριον, ὃ μὴ ταῦτα Γαβίνιος ἀριστεύουσι πολεμῶν καθεῖλεν. Ἡρῴδης δὲ βασιλεύοντι, πάντες ἔδοξε μᾶλλον ἐπιμελείας ἄξιον εἶναι, καὶ κατασκοπῆς ἐχυροτάτης, μάλιστα καὶ διὰ τῶν Ἀράβων γειτνίασιν. κἀκεῖθεν γὰρ ἐπιφανὲς πρὸς τὴν ἐκείνων γῆν ἀποβλέπον. μέγα μὲν οὖν τοῦτον τείχεσι καὶ πύργοις περιβαλών, πόλιν ἐνταῦθα κατῴκισεν, ἐξ ἧς ἄνοδος εἰς αὐτὸ φέρει τὸ ἀκρώρειαν· οὐ μόνον, ἀλλὰ καὶ περὶ αὐτὴν ἄνω τοῦ κορυφαίου τείχους ἐδείματο, καὶ πύργους ἐπὶ ταῖς γωνίαις ἑκατὸν ἐξηκοντα πήχεων ἀνέστησε, μέσον δ' ἐν περιβόλῳ, βασίλειον ᾠκοδόμησατο, μεγέθει τε καὶ κάλλει τῶν οἰκήσεων πολυτελές. πολλὰς δὲ καὶ δεξαμενὰς εἰς ὑποδοχὴν ὕδατος, καὶ χορηγίαν ἄφθονον, ἐν τοῖς ἐπιτηδειοτάτοις τῶν τόπων κατεσκεύασεν, ὥσπερ πρὸς τὴν φύσιν ἀμιλληθείς, ἵν' αὐτὸς τὰ κατ' ἐκείνην ἐν τοῦ δυσάλωτον ὑπερβάλληται ταῖς χειροποιήτοις ἐχυρώσεσιν. ἔτι τε δὴ καὶ βελῶν πλῆθος, καὶ μηχανημάτων ἐγκατέθετο, καὶ πᾶν εἴδωλον ἐσκεύασε τὸ φθαρτὸν θωμάζεσθαι τοῖς ἐπιοῦσιν

μηχα-

μηνώσης πολιορκίας καταφρόνησιν.

ΚΕΦ. ΚΣ.

Ἐπεφύκει δ' ἐν τοῖς βασιλείοις πήγανον, ἄξιον θέας μεγέθους θαυμάσαι. συκῆς γὰρ ἐδεμιᾶς ὕψους καὶ πάχους ἀπελείπετο. λόγος δ' ἰσχύειν ἀπὸ τῶν ἡρώδου χρόνων αὐτὸ διαμεῖναι, καὶ θπιπολῆσον ἴσως ἐμεῖναι ἐξεκόπη δ' ὑπὸ τῶν φυλασσόντων τὸν τόπον ἰουδαίων.

ΚΕΦ. ΚΓ.

Τῆς Φάσαηλος ἡ τὸ κῆπον περιεχούσης τὴν πόλιν, Βααρὰς ὀνομάζεται τις τόπος, φύσιν ῥίζαν ἐμφερῆ μίλτῳ λεγομένην αὐτῷ· αὐτὴ φλογὶ μὲν τὸ χρῶμα ἔοικε· περὶ ἑσπέραν δὲ τοῖς ἑωθεροῖς ἀστράπτουσι τοῖς δ' ὄμμασι καὶ βαλομένοις λαβεῖν αὐτὴν, οὐκ ἔστιν ἀχείρωτος· ἀλλ' ὑποφεύγει, καὶ οὐ πρότερον ἵστησι πρὶν ἄν τις οὖρον γυναικὸς, ἢ τὸ ἔμμηνον αἷμα χέῃ καθ' αὑτῆς. οὐ μὴν, ἀλλὰ καὶ τότε τοῖς ἁψαμένοις προδηλός ἐστι θανάτου, εἰ μὴ τύχοι τις αὐτὴν σκεύῃ ἐπενεγκάμενος τὴν ῥίζαν σὺν χειρὸς ἀπηρτημένῃ. ἁλίσκεται δὲ καὶ καθ' ἕτερον τρόπον ἀκινδύνως, ὃς ἔστι τοιόσδε. κύκλῳ πᾶσαν αὐτὴν περιορύσσουσιν, ὡς εἶναι τὸ κρυπτόμενον τῆς ῥίζης βραχύτατον, εἶτ' ἐξ αὐτῆς ἀποδοῦσι κύνα, καὶ κείνου τὸν δήσαντα σωφρονισθῆναι ὁρμήσαντος, ἡ μὲν ἀναπαᾶται ῥᾳδίως. θνήσκει δ' ὁ δοὺς ὁ κύων, ὥσπερ ἀντιδοθεὶς ὃ μέλλοντος τὴν βοτάνην ἀναιρήσεσθαι. φόβος δὲ οὐδεὶς τοῖς μὴ ταῦτα λαμβάνουσιν. ἔστι δὲ μὴ τοσούτων κινδύνων, διὰ μίαν ἰσχὺν περιασπούδαστος. τὰ γὰρ καλούμενα δαιμόνια, ταῦτα δὲ πονηρῶν ἐστιν ἀνθρώπων πνεύματα, τοῖς ζῶσιν εἰσδυόμενα καὶ κτείνοντα τοὺς βοηθείας μὴ τυγχάνοντας, αὐτὴ ταχέως ἐξελαύνει, κἂν προσενεχθῇ μόνον τοῖς νοσοῦσι.

ΚΕΦ. ΚΔ.

Ῥέουσι δὲ καὶ θερμῶν ὑδάτων πηγαὶ κατὰ τόπον, πολὺ τῷ γεύσει ἀλλήλων διαφέρουσαι. πικραὶ μὲν γὰρ αὐτῶν τινές εἰσιν, αἱ δὲ γλυκύτητος οὐδὲν ἀπολείπουσι. πολλαὶ δὲ καὶ ψυχρῶν ὑδάτων ἀναδύσεις, ἃ μένοντα ἐν τοῖς χαμαιλοτέροις τοὺς πηγοὺς ἀλλήλοις ἔχουσιν. ἀλλ' ὡς ἂν καὶ μᾶλλον τις θαυμάσειε· σπήλαιον γὰρ τὸ πλησίον ὁρᾷ κοιλότητι μὲν οὐ βαθεῖ, τῇ πέτρᾳ δὲ περιεχούσῃ στενῷ μέρον. ταύτης ἄνωθεν ὠσεὶ μέσοι δύο ἀνέχουσιν, ἀλλήλων ὀλίγῳ διεστῶτες, καὶ ψυχροτάτην μὲν ἄτερος πηγὴν, ἄτερος δὲ θερμοτάτην σκεδίδωσιν. οὐ μισγόμενα, πιεῖν λουτρὸν ἡδίσω, παιώνιόν τε νοσημάτων πολλῶν μάλιστα νοῦσον ἄκεσιν. ἔχει δὲ ὁ τόπος καὶ θεῖον, καὶ συσπείρας μέταλλα.

ΚΕΦ. ΚΕ.

Βάσσος δὲ πάντη περισκεψάμενος τὸ χωρίον, ἔγνω πειρᾶσθαι τὴν προσοδον, χώννυσι τὸν φάραγγα τὸν πρὸς τῇ ἀναπλάσει, καὶ τὸ ἔργον ἤρξατο, σπουδὴν ποιούμενος ἡ τάχος ἐξᾶραι τὰ χώματα, καὶ δι' αὐτῶν ῥᾳδίαν ποιῆσαι τὴν πολιορκίαν. οἱ δ' ἔνδον ἀπειλημμένοι τῶν ἰουδαίων, αὐτοὶ καθ' ἑαυτοὺς ὑπὸ τῶν ξένων διαφθαρέντες, ἐκείνους μὲν ἠναγκασαν ἔχθιον ἄλλως ἔσεσθαι νομίζοντες, ἢ τὴν κάτω πόλιν προδεδόμενον, καὶ τοὺς κινδύνους προεκδέχεσθαι. τὸ δὲ ἄνω φρούριον αὐτοὶ καταλαβόντες εἶχον, καὶ διὰ τὴν ἰσχὺν τῆς ὀχυρότητος, καὶ προνοίᾳ τῆς σωτηρίας αὐτῶν. τεύξεσθαι γὰρ ἀφέσεως ὑπελάμβανον, εἰ τὸ χωρίον ῥωμαίοις, ἐγχειρίσειαν. πέρα δὲ πρότερον ἐβούλοντο τοῖς ὑπὲρ δ διαφεύγεσθαι τὴν πολιορκίαν ἐλπίδας ἐλέγξαι. διὰ τοῦτο καὶ προθύμως ἐποιοῦντο τὰς ἐξόδους ἀνὰ πᾶσαν ἡμέραν, καὶ τοῖς τυχοῦσι συμπλεκόμενοι πολλοὶ μὲν ἔθνησκον, πολλοὺς δὲ τῶν ῥωμαίων ἀνῄρουν.

obsidionis præstare contemptum. Erat autem in ipsa regia ruta mirabilis magnitudinis: à nulla enim ficu vel celsitudine, vel magnitudine vincebatur. Ferebant autem eam ex Herodis temporibus perseverasse: mansissetqve ulterius profecto, sed ab Judæis qui locum ceperant excisa est. Vallis autem, qva civitas a parte Septentrionali cingitur, qvidē locus Baaras appellatur, ubi radix eodem nomine gignitur: qvæ flammæ qvidē assimilis est colore, circa vesperam vero veluti jubare fulgurans, accedentibus eamqve evellere cupientibus facilis non est: sed tam diu refugit, nec prius manet, qvam si qvis urinam muliebrem vel menstruũ sangvinem super eam fuderit. qvinetiam tunc si qvis eam tetigerit, mors certa est, nisi forte illam ipsam radicem ferat de manu pendentem. Capitur autem alio qvoqve modo sine periculo, qvi talis est: Totam enim circumfodiunt, ita ut minimum ex radice terra sit conditum. deinde ab ea religant canem: illoqve seqvi eũ a qvo relegatus est cupiente, radix qvidem facile evellitur: canis vero continuo moritur, tanqvam ejus vice a qvo herba tollenda erat, traditus. nullus enim postea accipientibus metus est. Tantis autem periculis propter unam vim capi eam operæ precium est. Nam qvæ vocantur dæmonia, pessimorum hominum spiritus, vivis immersa, eosqve necantia qvibus subventũ non fuerit: hæc cito, etiam si tantummodo admoveatur ægrotantibus, abigit. Fluunt autem ex eo loco aqvarum fontes etiam calidarum, multum inter se sapore diversi. Alii namqve amari sunt: aliis nihil dulcedinis deest. Multi autem frigidæ aqvæ ortus, non solum in humilioribus locis fontes alternos habent: sed qvod amplius qvis miretur, in proximo qvædam spelunca cernitur, non qvidem alte cava, saxo autē imminente protecta: super hoc veluti duæ mammæ inter se pauhulum distantes eminent: & altera qvidem frigidissimum fontem, altera calidissimum fundit: qvi mixti lavacrum suavissimum præbent, multisqve morbis ac vitiis salutare: maxime vero nervorum curationi conveniens: habetqve idem locus metalla sulfuris & aluminis. Bassus autem contemplatus undiqve regionem, valle Orientali repleta accessum parare statuit: opusqve inchoavit, properans aggerem qvam plurimum extollere, facilemqve per eum oppugnationem facere. Qvi vero intus fuerant deprehensi, ab externis segregati Judæi, illos qvidem coegêre, inane vulgus esse existimantes, inferiorem observare civitatem, ac pericula priores excipere: superius vero castellum ipsi occupatum tenebant, & propter munitionis firmitatem, & ut saluti suæ consulerent. Impetraturos enim se veniam opinabantur, si locum tradidissent Romanis. Prius autem volebant spem declinandæ obsidionis experiendo convincere: ideoqve alacri animo in dies singulos excursus habebant, & cum his qvos sors obtulisset consertis manibus, multi moriebantur, multosqve Romanos interficiebant.

semper autem utrisque ex tempore plus victoriæ captabatur: Judæis quidem, si incautiores aggrederentur: in aggere autem positis, si improvisum excursum eorum pene septi armis excuperent. Sed non is erat finis obsidionis futurus. Res autem quædam fortuito gesta inopinatam castelli tradendi necessitatem Judæis imposuit. Erat inter obsessos juvenis & audacia ferox, & manu strenuus, Eleazarus nomine. is autem fuerat excursibus nobilis, multos egredi aggestumque prohibere cogitans, & in præliis semper graviter Romanos afficiens: audaciaque sua socios prosequens, impetum quidem facilem his, periculo autem vacuum discessum efficiebat novissimus recedendo. Itaque discreta quodam die pugna, & utraque parte digressa, ipse tanquam despiciens omnes, existimans neminem tunc hostium prælium excepturum, extra portam remansit: & in muro stantes assloquebatur tota mente illos attendens. Hanc autem opportunitatem vidit quidam ex castris Romanorum Ægyptius, nomine Rufus: & quod nemo speraslet, impetu facto cum ipsis eum armis repente correptum, cum hoc viso stantes in muro stupor teneret, in castra Romanorum traduxit. Postquam vero dux nudum præcepit extendi, & in aperto constitutum, ut ex civitate conspiceretur, cædi verberibus, vehementer Judæos confudit casus juvenis, universaque civitas in fletu erat & questibus, unius viri clade percussa. Id ubi Bassus animadvertit, consiliorum adversus hostes hoc principium sumpsit: eorumque miserationem augere cupiens, quatenus coacti pro ejus salute castelli traditionem facerent, quod speravit adeptus est. Nam ipse quidem, velut mox Eleazarum suspensurus, crucem defigi jussit. ea vero conspecta, major castellanos dolor invasit, & ululando querebantur, intolerabilem esse calamitatem vociferantes. Tunc igitur Eleazarus eos orabat, ne vel se despicerent, mortem miserrimam subiturum, sibique ipsis salutem præberent, postquam jam subacti omnes Romanorum viribus fortunæ concederent. Illi autem & ejus sermone fracti, & quod multi intus pro eo precabantur (ex magna enim & numerosa cognatione genus ducebat) & contra ingenium suum misericordia victi sunt: & quibusdam celeriter missis colloquebantur, castelli traditionem facere petentes, ac reddito sibi Eleazaro, sinemetu dimitti. Cum autem his assensus esset dux Romanorum, multitudo civitatis inferioris, inita separatim cum Judæis cognita pactione, ipsi clam nocte aufugere statuêre. Cum vero portas aperuissent, ab his qui deditionem promiserant, ad Bassum nuncius venit, sive invidia salutis eorum sive formidine, ne eorum fugæ causam ipsi præstarent. Sed fortissimi quidem fugientium, qui præcesserant, evasere. reliquorum autem viri quidem mille septingenti perempti sunt, mulierculæ vero & pueri

ἀεὶ δ' ἦν κρατεῖν ὁ καιρὸς ἑκατέροις τὸ πλέον· τοῖς μὲν Ἰουδαίοις, εἰ τεῖχος ἀφυλακτοτέρους ἐπέσπασιεν. τοῖς δὲ τῶν χωμάτων ἐπεισοδιοῦσιν, εἰ τὸ ἐκδρομὴν αὐτῶν δέχοιντο περιφραγμένοις. ἀλλ' οὐκ ἐτούτοις ἔμελλε γίνεσθαι τὸ πέρας τῆς πλεονεξίας, ἔργον δέ τι πρᾶξιν ἐκ συντυχίας ἀθρόον, τὴν παράδοσιν δ' Φρουρίου τῷ ἀναγκαίῳ ἐπέσπασε τοῖς Ἰουδαίοις. λεὼν ἦν τοῖς πολιορκουμένοις νεανίας πλήσσων θρασύς, καὶ χεῖρα δραστήριος, ἐλεάζαρος ὄνομα. γέγονε δὲ ἐν ταῖς ἐκδρομαῖς ἐπιφανὴς τοῖς πολεμίοις ἐξιέναι καὶ κωλύειν τὴν χῶσιν ἀθρόαις, καὶ ἐν ταῖς μάχαις πολλὰ καὶ δεινὰ τοὺς ῥωμαίους διαπραξάμενος. τοῖς δὲ σὺν αὐτῷ πολεμίων ἐπικρεμὲς ἦν φάσμα μὲν τὴν περισοβοῦσαν πυρὰ μῶν, ἀκίνδυνον δὲ παρέχον τὴν ἀναχώρησιν, τὸ πλατὴ ἀσφαλές. καὶ ὅπως τῆς μάχης διακριθείσης, καὶ γενομένης ἀμφοτέρων ἀναχωρήσεως, αὐτὸς ἀπὸ τοῦ τείχους διελάλει, καὶ νομίζων οὐκ ἂν ἔτι τῶν πολεμίων οὐδένα τοῦ μάχης ἄρξειν, μόνας τὰς πύλας ἔξω, τοῖς ὅπλοις δὲ τεῖχος διαλαλεῖ, καὶ πῶς πρὸς ἐκείνους τὴν διάνοιαν ἔχει. ἰδὼν δ' αὐτὸν Ῥωμαϊκοῦ τις στρατιώτου ῥοῦφος ὄνομα, καὶ μηδενὸς ἂν προσδοκήσαντος, ἐξαίφνης ὁπλισάμενος, σὺν αὐτοῖς δρόμῳ αὐτὸν τοῖς ὅπλοις, ἕως κατέσχε τοὺς ἀπὸ τῶν τειχῶν ἰδόντας ἔκπληξις, φέρει τὸν ἄνδρα μεταθεὶς πρὸς τοὺς Ῥωμαίων στρατιώτας. ὡς δὲ στρατηγοῦ κελεύσαντος γυμνὸν διαλαβεῖν αὐτὸν, καὶ καταστήσαντος εἰς τὸ φανερώτατον τῆς ἐκ τῆς πόλεως ἀποβλέπουσι μάστιγι οἰκίσκῳ, σφόδρα τοὺς Ἰουδαίους τὸ πρὸ τοῦ νεανίου πάθος συνέσχεν. ἀθρία δ' ἡ πόλις ἀνώμωξε, καὶ θρῆνος ἦν μείζων ἢ καθ' ἑνὸς ἀνδρὸς συμφοράν. τότε συνιδὼν ὁ βάσσος καὶ τῶν πολεμίων δέχην ἐποιήσατο στρατηγήματος, καὶ βουληθεὶς αὐτῶν ἐπιτεῖναι τὸ πρὸς ἔλεος, ἵνα διαθῶσιν αὐτὸν τῆς σωτηρίας τοὺς ἄνδρας ποιήσωσι δ' Φρουρίου παράδοσιν, τὴν ἐλπίδος οὐ διήμαρτεν. ὁ μὲν γὰρ πρόσθεν κατασταυρώσειν σταυρόν, ὡς αὐτίκα κρεμῶν τὸν ἐλεάζαρον. τοῖς δὲ ὑπὸ δ' Φρουρίου τότε θεασαμένοις, ὀδύνη τις πλείων προσέπεσε, καὶ διωλύγιον ἀνώμωζον, οὐκ ἀναρχίαν ἑαυτῶν τὸ πάθος βοῶντες. ἐνταῦθα δὴ πάλιν ἐλεάζαρος ἱκέτευεν αὐτοὺς, μήτ' αὐτὸν προϊδεῖν ἀνομίαν τινὰ τοῦ ἀκίνδυνον, καὶ σῴζειν αὐτοῖς τὴν σωτηρίαν πρᾶξαι τῇ ῥωμαίων ἐξαίρετος ἰσχύϊ καὶ τύχῃ, μὴ πάλαι ἤδη κεχειρωμένους. οἱ δὲ, πρὸς τοὺς ἐκείνου λόγους κατακλώμενοι, καὶ πολλῶν ἔνδον ἐκεῖ αὐτοῦ δεομένων, ἦν γὰρ μεγάλης καὶ σφόδρα πολυανθρώπου συγγενείας, πρᾶξαι τὰ αὐτὰ φύσιν εἰς οἶκτον ἐνέδωκαν· καὶ πυκνὰς ἐξαποστείλαντες καὶ ταχὺ, διελέγοντο περὶ τῆς παραδόσεως Φρουρίου ἀξιοῦντες, ἵνα σφίσιν ἀπαλλάξωσι, κομισάμενοι τὸν ἐλεάζαρον. δεξαμένων δὲ τῶν ῥωμαίων, καὶ ὁ στρατηγὸς ταῦτα, τὸ πλῆθος τῶν ἐντὸς πόλεως, τὸ μεγάλην μοῖραν ἰδίαν τοῖς Ἰουδαίοις πυθόμενοι σύμβασιν, αὐτοὶ καὶ νύκτα λαθόντες ἔγνωσαν ἀποδρᾶναι. τὰς πύλας δ' αὐτῶν ἀνοιξάντων, ὡς τῶν τὴν ὁμολογίαν πεποιημένων πρὸς τὸν βάσσον ἦκε μήνυσις, εἶτ' οὖν τῆς σωτηρίας αὐτοῖς φθονησάντων. εἴτε καὶ μὴ δέον μὴ τὴν αἰτίαν αὐτοὶ λάβωσι τῆς ἐκείνων ἀποδράσεως. οἱ μὲν οὖν ἀνορμήσαντες τῶν ἐξιόντων, ἔφθασαν διεκπεσόντες καὶ διαφυγόντες. τῶν δ' ἔνδον καταληφθέντων, ἄνδρες μὲν ἁπάντων ἦσαν, ὡς τοῖς χιλίοις ἑπτακόσιοι· γυναῖκες δὲ καὶ παῖδες ἡθροίσθη-

ἐνδρα ποδίσθησαν. τας ἢ πρὸς τοὺς φυγάδοντας τὸ φρέ-
ελον ὁμολογίας, οἰόμενος δεῖν ὁ βάσσος διαφυλάτ-
τειν, αὐτούς τ' ἀφῆκε, καὶ τὸ ἐλεάζαρον ἀπέδωκε.

Κεφ. κς.

Ταῦτα ἢ διοικησάμενος, ἠπείγετο τὴν τραπιὰν ἄγων
ἐπὶ τὸ πεδιαγερδόμενον ἰάρδην δρυμόν. πολλοὶ
γὰρ εἰς αὐτὸν ἠγγέλησαν ἠθροῖσθαι, τῶν κατὰ τὴν
πολιορκίαν πρότερον, ἐκ τῆς ἱεροσολύμων καὶ μαχαιρῶν-
τος ἀποδράντων. ἐλθὼν οὖν ἐπὶ τὸν τοπον, καὶ γνοὺς
τὴν ἀγγελίαν οὐκ ἐψεσμένην, πρῶτον μὲν τοῖς ἱπ-
πεῦσιν ἅπαν κυκλοῦν τὸ χωρίον, ὅπως τοῖς διεκπαίε-
σθαι πολεμῶσι τῶν ἰουδαίων, ἅπερ ἡ φυγὴ ἐλάμβανε
διὰ τοὺς ἱππέας. τοὺς ἢ πεζοὺς ἐκέλευε δενδροτομεῖν
τὴν ὕλην, εἰς ἣν κατεπεφεύγεσαν. καθίσας ἢ διὰ
τοῦτο πρὸς ἀνάγκην οἱ ἰουδαῖοι, ἔδρᾶν τι γνησίως, ὡς
ἐκ παραβολῆς ἀγωνίσασθαι. τέχα δ' ἂν καὶ διαφύγοντες
ἀθρόοι δή, καὶ μὴ βοῆς αἴσθοντες, ἐπιπεσόντες τοῖς κεκυ-
κλωμένοις. οἱ δὲ αὐτοὺς ἐδέχοντο καρτερῶς, καὶ πολλῆ,
τῶν μὲν ἀπονοίᾳ, τῶν ἢ φιλονικίᾳ χρωμένων, χρόνος
μὲν οὐκ ὀλίγος διὰ τοῦτο τῇ μάχῃ πρόσθη, πλῆθος δὲ
αὐτοῖς οὐχ ὅμοιον ἀπέβη τοῖς ἀγωνισαμένοις. ῥωμαίων
μὲν γὰρ δώδεκα τοὺς πάντας συμβῆναι πεσεῖν, ὀλίγους τε
τρωθῆναι. τῶν ἰουδαίων δὲ ἐκ τῆς μάχης ταύτης οὐ-
δεὶς διέφυγε, ἀλλ' ὄντες οὐκ ἐλάττους τριχιλίων, πάν-
τες ἀπέθανον, καὶ στρατηγὸς αὐτῶν ἰούδας ὁ ἔξ ἐφέτους,
ὡς οὐ πρότερον εἰρήκαμεν, ὅτι τάξεως ἡγούμενος τι-
νὸς ἐν τῇ πολιορκίᾳ τῶν ἱεροσολύμων, κατά τινας λα-
δὺς τῶν ὑπονόμων, ἔλαθεν ἀποδράς.

Κεφ. κζ.

Περὶ ἢ τ' αὐτὸν καιρὸν ἐπέστειλε καῖσαρ βάσσῳ, καὶ
λιβερίῳ μαξίμῳ, ὅτι διὰ τὸ πρότερον, κε-
λεύων πᾶσαν γῆν ἐκποδὼν τῶν ἰουδαίων. οὐ γὰρ κα-
τῴκισεν ἐκεῖ πόλιν, ἰδίαν αὐτῶν τὴν χώραν φυλάττων.
ὀκτακοσίοις ἢ μόνοις ἀπὸ τῆς τραπιᾶς λαφειμμένοις,
χωρίον ἔδωκεν εἰς κατοίκησιν, ὃ καλεῖ μὲν ἀμμαοῦς,
ἀπέχει ἢ τῶν ἱεροσολύμων σταδίους ἑξήκοντα. φόρον ἢ
τοῖς ὅπου δήποτ' οὖσιν ἰουδαίοις ἐπέβαλε, δύο δραχμας
ἕκαστον κελεύσας ἀνὰ πᾶν ἔτος εἰς τὸ καπετώλιον
φέρειν, ὥσπερ πρότερον εἰς τὸν ἐν ἱεροσολύμοις νεὼν
συνετέλουν. καὶ τὰ μὲν ἰουδαίων τότε τοιαύτῃ εἶχε κα-
τάστασιν.

Κεφ. κη.

Ἤδη δὲ ἔτος τέταρτον οὐεσπασιανοῦ διέποντος
τὴν ἡγεμονίαν, συνέβη τὸν βασιλέα τῆς κομα-
γηνῆς ἀντίοχον, μεγάλους συμφορᾶς πανοικεσίᾳ περιπεσεῖν ἀπὸ τοιαύτης αἰτίας. κεσέννιος πέτος,
ὁ τῆς συρίας ἡγεμὼν τότε καθεστηκώς, εἴτ' οὖν ἀληθεύ-
ων, εἴτε καὶ διὰ τὴν πρὸς ἀντίοχον ἔχθραν, οὐ σφόδρα
γὰρ τὸ σαφὲς ἠλέγχθη, γράμματα πρὸς καίσαρα διε-
πέμψατο, λέγων τὸν ἀντίοχον μὴ ἔ πάνυ ἀπφανῆ,
διεγνωκέναι ῥωμαίων ἀφίστασθαι, συνῆκας πρὸς τὸν βασιλέα τῶν πάρθων πεπεμμένον. δεῖν οὖν
προκαταλαβεῖν αὐτὸν, μὴ φθάσαντος τῶν πραγ-
μάτων ἄρξασθαι, πᾶσαν τὴν ῥωμαίων ἀρχὴν πολέ-
μῳ συνταράξωσιν. ἔμελλε ἢ καῖσαρ τοιούτου μηνύ-
ματος οὕτω προσεσόντος μὴ ἀμελήσειν. ἐδὲ ἡ γειτ-
νίασις τῶν βασιλέων, ἐποίει τὸ πρᾶγμα μείζονος ἀξί-
ου προνοίας. τὰ δὲ συμπόσια τῆς κομμαγηνῆς με-
γίστη πόλις, κεῖται πρὸς τὸν εὐφράτην, ὡς εἶναι τοῖς πάρ-
θοις ἔστι τοιοῦτον διενενόηντο, ῥᾴστην μὲν τὴν διάβασιν,
βεβαίαν ἢ τὴν ὑποδοχήν. πιστεύθεις οὖν πέτος,

A in servitium ducti. Sponsiones autem cum his qvi castellum dedidere habitas, Bassus conservandas esse ratus, & ipsos dimisit, & Eleazarum reddidit.

CAP. XXVI.

De Judæis a Basso interemptis & Judæa divendita.

His autem administratis, in saltum, qvi appellatur Jardes, ducere properabat exercitum, multi enim illuc congregati esse nunciabantur qui pridem tempore obsidionis, ex Hierosolymis & Macharunte profugerant. Ergo cum ad locum venisset, neqve falsum fuisse nuncium comperisset, primo qvidem omnem locum cum eqvitibus cingit: ut si quis Judæorum conatus fuisset evadere, fugiendi per eqvites copiam non haberet. pedites autem sylvam jussit cædere, in qvam confugerant. Hoc modo ad necessitatem adducti sunt, fortiter aliqvid faciendi, velut ex audaci certamine fortasse fugam etiam reperirent. Itaqve simul universi, & cum clamore impetu facto, in eos a qvibus cincti fuerant, irruunt. Illi autem fortiter excipiebant: multaqve his audacia, illis contentione usis, diu quidem prælium tractum est, non autem similis evenit finis pugnæ certantibus. Nam Romanorum qvidem duodecim tantum contigit occumbere, neqve multos sauciari: Judæorum vero ex illo prælio nullus evasit. Sed cum non essent pauciores tribus millibus, postrati sunt omnes: eorumqve dux Judas Jairi filius, de quo supra meminimus, qvi ordini cuidam præpositus cum Hierosolyma obsideretur, qvibus demersus fuerat cloacis, latenter effugit. Eodem vero tempore Cæsar etiam ad Liberium Maximum scripsit (erat autem procurator) ut omnē terram vēderet Judæorum. nec enim civitatem in ea condidit proprium servans sibi eorum agrum. Solis autem octingentis militibus illic relictis locum dedit qvem incolerent, qvi vocatur Ammaus. distat autem ab Hierosolymis triginta stadiis. Stipendium vero ubicunqve degerent Judæis indixit: binasqve drachmas singulis annis deferre in Capitolium jussit, ita ut antehac Hierosolymorum templo pendebant. Et res qvidem Judæorum illo tempore hunc statum habebant.

CAP. XXVII.

De clade Antiochi regis & eruptione Alanorum in Armeniam.

Iam vero qvarto anno Vespasiano administrante imperium, contigit Comagenes regem Antiochum in maximas clades cum tota domo incurrere, ex causa hujusmodi. Cæsennius Petus, qvi tunc Syriam administrabat, sive re vera, seu propter inimicitias Antiochi (certum non valde patefactum est) literas ad Cæsarem misit, Antiochum dicens deficere ab Romanis cum Epiphane filio decrevisse, pactis habitis cū rege Parthorum: propterea qve debere illos ante capere: ne si priores novas res adorti essent, totum Romanorum imperium bello perturbarent. Non erat autem Cæsar hujusmodi nuncium ad se perlatum neglecturus. Nam vicinitas regum, majore negocium providentia dignum esse faciebat. Samosata enim Comagenes maxima civitas juxta Euphratem sita est, ut esset Parthis (eo namqve id cogitavere) facillimus transitus, tutum autem receptaculum. Fide igitur habita,

& poteſtate ſibi permiſſa, ut ageret qvod expedire videretur, negligendum non putavit. Subito tamen, Antiocho ejuſqve ſociis nihil opinantibus, in Comagenem ingreſſus eſt, ex legionibus qvidem ſextam ducens, & inſuper qvaſdam cohortes alaſque eqvitum. habebat autem auxilio reges, Chalcidicæ Ariſtobulum, Emeſæqve Sohemum. Introitus autem illis erat ſine certamine, qvod nemo indigenarum manus valebat opponere. Antiochus enim inſperato perculſus nuncio, bellum qvidem contra Romanos nec cogitatione concepit. Decrevit autem, toto regno in eo qvo erat ſtatu relicto, cum conjuge ac liberis egredi, hoc ſe Romanis purum ab ea ſuſpicione qvæ ſibi ingereretur probaturum eſſe ratus: progreſſuſqve de civitate centum triginta propemodum ſtadiis, in campo tabernaculum ponit. Petus autem in Samoſatam qvi eam capeſſerent mittit, & per eos civitatem tenebat. ipſe vero cum alio milite in Antiochum ire tendebat. Non tamen rex vel ipſa neceſſitate adducto eſt adverſum Romanos aliqvid bellicum gerere: ſed fortunam ſuam qveſtus, qvidvis pati ſuſtinebat. adoleſcentibus autem, belliqve peritis, viqve corporis præſtantibus filiis ejus non erat facile in calamitate ſine pugna durare. Itaqve ad virtutem ſe conferunt Epiphanes & Callinicus. Vehementi autem pugna per totam diem habita, inſigni fortitudine demonſtrati ſunt: nullaqve parte ſuarum virium diminuta diſcedunt. Antiocho vero neque pugna hoc modo peracta manere domi tolerabile videbatur: ſed abducta conjuge cum filiabus in Ciliciam fugit, atqve hoc facto militum ſuorum animos fregit. nam veluti deſperato ab eo regno defecere, & ad Romanos ſe transtulere, omniumqve erat deſperatio. Ergo priuſqvam penitus deſtituerentur auxiliis, Epiphani cum cæteris ſervare ſe ex hoſtibus erat neceſſarium. fiuntqve omnes eqvites decem, qvi cum his una tranſgreſſi ſunt flumen Euphratem. hinc jam ſine metu profecti, cum ad Vologeſem Parthorum regem veniſſent, non qvaſi profugi deſpecti ſunt: ſed ac ſi fortunam priſtinam retinerent, omni honore dignati ſunt. Antiochum vero, ubi Tarſum Ciliciæ venit, miſſo centurione Petus vinctum Romam tranſmiſit. Veſpaſianus autem ita regem ad ſe deduci non paſſus eſt: dignius eſſe ratus, veteris amicitiæ habere rationem, qvam belli occaſione inexorabilem iracundiam ſervare. Itaqve jubet eiiter agenti auferri vincula, intermiſſaqve interim profectione Romam, apud Lacedæmonem degere: magnos vero ei pecuniæ reditus præbet, ut non modo copioſe, ſed etiam regie victum haberet. His Epiphanes & cæteri cognitis, qui patri ante metuebant, magna cura & inextricabili animos relaxarunt, & ipſi qvoqve ſpem reconciliandi cum Cæſare concepere. Cum autē etiam Vologeſes de his ſcripſiſſet ad Cæſarē (nec enim qvamvis feliciter agerent, extra Romanum vivere patiebantur imperium) & cum Cæſar

καὶ λαῶν ἐξουσίαν παράσθειν ἃ δοκεῖ συμφέρειν, οὐκ ἐμέλλησεν. ἐξαίφνης γὰρ τῶν περὶ τὸν ἀντίοχον ἐδὲν τοιοῦτον προσδοκώντων, εἰς τὴν κομμαγηνὴν ἐνέβαλε τῶν μὲν τεταγμάτων ἄγων τὸ ἕκτον, καὶ πρὸς τούτοις λόχους καί τινας ἴλας ἱππέων. συνεμαχοῦν δ', καὶ βασιλεῖς αὐτῷ, τῆς μὲν χαλκιδικῆς λεγομένης ἀριστόβουλος· τῆς ἐμέσης δὲ καλουμένης σόαιμος. ἐπὶ δὲ τούτοις τὰ μὲν πρῶτα τὴν ἐσβολὴν ἀναστεγώτως τῶν μὲν ἐπιχωρίων οὐδεὶς ἤθελε χεῖρας ἀντάρειν. ἀντίοχος δ' ἀγγελίας ἀδοκήτως προσπεσούσης, πολέμου μὲν οὐδ' ὁπωσιοῦν πρὸς ῥωμαίους ἐπενόησεν. ἐγὼ δ' πᾶσαν τὴν βασιλείαν ὡς εἶχεν ὁπὶ σχήματος καταλιπὼν, μὴ γυναικὸς, καὶ τέκνων ἐκπεσεῖν, ἔτως ἀνώμολος καθαρὸν ῥωμαίοις ἑαυτὸν ἀποδείξας τῆς ἐπικλημένης αἰτίας. καὶ προελθὼν ἀπὸ τῆς πόλεως ἐπὶ σταδίους πρὸς τοῖς εἴκοσιν εἰς τὸ πεδίον, ἐν αὐτῷ καταυλίζεται. πέτος δ' ὁπὶ μὲν τὰ σαμόσατα τοὺς καταληψομένους ἀπέστελλε, καὶ δι' ἑκείνων εἶχε τὴν πόλιν, αὐτὸς δ' μετὰ τῆς ἄλλης δυνάμεως ἐπ' ἀντίοχον ἐπείγετο τὴν ὁρμήν. ἐ μὲν ὁ βασιλεὺς ἐδ' ἐπὶ τῆς ἀνάγκης προῆχθη πρᾶξαί τι πρὸς ῥωμαίους πολεμικὸν, ἀλλὰ τὴν αὐτοῦ τύχην ἐδυρόμενος, ὅτι δέοι παθεῖν ἐπάξιον. νέους δ' καὶ πολέμων ἐμπείρους, καὶ ῥώμην σωμάτων διαφέρουσιν, ἐ ῥᾴδιον ἦν τοῖς πᾶσιν αὐτοῦ τὴν συμφορὰν ἐμμαχεῖ καρτερεῖν. τρέπει δ' ἐν πρὸς ἀλκὴν Ἐπιφανὴς τε καὶ καλλίνικος. σφοδρᾶς δ' τῆς μάχης καὶ παρ' ὅλην τὴν ἡμέραν γενομένης, αὐτὴ τὴν ἀνδρείαν διαφερόντως παρέσχον, καὶ μηδὲν ἐλαττωθέντα τῇ σφετέρᾳ δυνάμει, ἑατέρους διελύθησαν. ἀντίοχος δ' ἐδ' ὅπῃ τῇ μάχῃ τέλος κεχωρηκὼς τὸν τρόπον, μένειν ἐνέκειτο ἐδόκει· λαῶν δ' τὴν γυναῖκα, καὶ τὰς θυγατέρας, μετ' ἐκείνων ἐπιέζετο φυγὴν εἰς κιλικίαν, καὶ τὸ πρᾶγμα τὰ φρονήματα τῶν οἰκείων στρατιωτῶν κατέκλασεν. ὡς γὰρ ἀπεγνωσμένης ὑπ' αὐτοῦ τὴν βασιλείας ἀπέστησαν, καὶ πρὸς τοὺς ῥωμαίους μετέβαλλοντο, καὶ πάντων προδηλοτέρα ἡ ἀπόστασις. πρὶν οὖν τελείως ἐρημωθῆναι τῶν συμμάχων, τοῖς περὶ τὸν ἐπιφανῆ, σώζειν αὐτοὺς ἐκ τῶν παρόντων ἐδ' ἀναγκαῖον. καὶ γίνονται δέκα σύμπασαι ἵππεῖς, οἱ μετ' αὐτοῦ τὸν εὐφράτην διαβαίνοντες. ἔνθεν ἤδη μετ' ἀδείας πρὸς τὸ βασιλέα τῶν πάρθων βολογέσην κομιδῆτις. οὐχ ὡς φυγάδες ἐπεφοιτῶν, ἀλλ' ὡς ἐπὶ τὸν παλαιὸν ἔχοντας εὐδαιμονίαν, πάσης τιμῆς ἠξιώθησαν. ἀντίοχος δ' εἰς παρὸν ἀφιγμένος τῆς κιλικίας, ἐπαπέστειλε πέτῳ ὁπιπέμψας, δεδεμένον αὐτοῦς ῥώμην ἀπίστειλεν. οὐ κατασχόντος δ' οὐχ ἑκόντος οὕτω πρὸς αὐτὸ ἀναχθῆναι τὸ βασιλέα, ἢ παλαιᾶς ἀξιῶν φιλίας μᾶλλον οὐδὲν λαβεῖν, ἢ διὰ τὸ πολέμου παρόντος ἀοργήτου ὀργὴν διαφυλάττειν. κελεύει δὲ καὶ ἐδὲν ἧττον αὐτοῦ τὸ δεσμῶν ἀφαιρεθέντα, ἐ παρέντα τὸ εἰς τὴν ῥώμην ἀφῖξιν, τὸν μὲν ἐν λακεδαίμονι διάγειν, δίδωσι τε μεγάλας αὐτῷ προσόδους χρημάτων, ὅτως μὴ μόνον ἄφθονον, ἀλλὰ καὶ βασιλικὴν ἔχοι τὴν δίαιταν. ταῦτα τοῖς περὶ τὸν ἐπιφανῆ πυθομένοις προσῆν σφόδρα πρὸς πατρὸς δεδιόσιν, ἀνήψησαν αἱ ψυχαὶ μεγάλης καὶ δυσδιάθετου φροντίδος. ἐλπὶς δ' καὶ αὐτοῖς τὸν ὅμοιον τρόπον διαλλαγῶν ἐνῆν τοῦ βολογέσου πρὸς αὐτοὺς ἐπιστέλλαντος, οὐδὲ γὰρ διδαιμονοῦντας ἐπέμενον ἔξω τῆς ῥωμαίων ζεύξεως ἡγεμονίας. δοκεῖ δ' ἡμῖν ἡμέρας

ἡμέρως αὐτοῖς τ' ἄδειαν, εἰς ῥώμην παρεχόμενο τ, ὅτι πα- A
τρὸς ὡς αὐτοὺς ἐκ τ Λακεδαίμονο ἀφ' ὑμᾶς ἐλθόντο,
πάσης ἀξιούμενοι τιμῆς, κατ' ἐμὸν ἐνταῦθα.

Κεφ. κθ.

Τὸ δ' τῶν Ἀλανῶν ἔθνο, ὅπ μὲν εἰσι σκύθαι πρὸς
τ παλαιν καὶ τὴν μαιῶτιν λίμνην κατοικοῦντες,
πρότερον δήπου δεδηλώκαμεν. καὶ τούτους δ'
τοὺς χρόνους Ἀλανοὶ ἐντὸς εἰς τὴν μηδείαν, ἐ πρόσω-
τέρω ταύτης ἐπ καθ' ἁρπαγὴν ἐμβαλεῖν, τῷ βασιλεῖ B
τῶν ὑρκανῶν Ἀλαλέοντι. τῆς παρόδου δ' ἔτο δεσπό-
της ἐστιν. ἣν ὁ βασιλεὺς ἀλέξανδρο πύλαις σιδηραῖς
κλεῖσαι ἐπέστησε. καὶ κείνου τὴν εἴσοδον αὐτοῖς πρόσχον-
το, ἀθρόοι καὶ μηδὲν προϋποπτεύσασι τοῖς μηδοις
ἐπιπεσόντες, χώραν πολυάνθρωπον καὶ παντοίων ἀνά-
μεσον βοσκημάτων διήρπαζον, μηδενὸς αὐτοῖς πολε-
μοῦντο ἀντιτεταγ. καὶ γὰρ ὁ βασιλεύων τ χώρας πά-
χορο ὑπὸ δέους εἰς τὰς δυσχωρείας ἀναφυγών, τῶν
μὲν ἄλλων ἁπάντων προκεχωρήκ, μόλις δ' παρ' C
αὐτῶν ἐρρύσατο τὴν τε γυναῖκα καὶ τὰς παλλακὰς
αἰχμαλώτους ἡμομένας ἑκατὸν δοὺς τάλαντα. μ'
πολλῆς οὖν ῥᾳστώνης ἀμαχεὶ πιόμενοι τὰς ἁρπαγὰς,
μέχρι τῆς ἀρωμένης προσῆλθον, πάντα λεηλατοῦντες.
τηλεβάτης δ' αὐτῆς ἐβασίλευεν, ὃς ὑπαντιάσας αὐτοῖς,
καὶ πιπρὸς μὸ μάχλεω, προμικρὸν ἦλθεν ἐπ' αὐτῆς
ζωὸς ἁλῶναι τ προτάξεως. βρόχον γὰρ αὐτῷ τὶς πρό- D
σθεν προβαλὼν ἐμελλεν ἀπάξειν, εἰ μὴ τῷ ξίφ
ταχὺ σκέλο τὸν τόνον κόψας, ἔφθη ἀλφυγεῖν. οἱ δ'
καὶ ἀλὰ τὴν μάχλεω ἔτι μᾶλλον ἀγριωθέντες, τὴν μὲν
χώραν ἐλυμήναντο· πολὺ δ' πλῆθος ἀνθρώπων, καὶ τῆς
ἄλλης λείας ἄγοντες ἐξ ἀμφοῖν τῶν βασιλειῶν πάλιν
εἰς τὴν οἰκείαν ἐκομίσθησαν.

Κεφ. λ.

Ἐπὶ δ' τ Ἰουδαίας Βάσσ τελευτήσαντο, Φλάβιο
Σίλβας Ἀλαδέχε τ ἡγεμονίαν. καὶ τ μὲν ἄλλην E
ἅπασαν ὁρῶν τὸν πόλεμον κεχειρωμένην, ἐν δ μένον
ἔτι Φρύξον ἀφεκτὸς, ἐστράτευσεν ἤδη τ ἅπασαν ἐν
τοῖς τόποις δύναμιν συναγαγών. καλεῖ δ' τὸ μὲν Φρύ-
γιον μασάδα, προεισήκ δ' τ κατειληφότων αὐτὸ σικα-
ρίων δυνατὸς ἀνὴρ ἐλεάζαρο, ἀπόγονο Ἰούδα τ πεί-
σαντο Ἰουδαίων οὐκ ὀλίγους, ὡς πρότερον δεδηλώκα-
μεν, μὴ πείθεσθαι τοῖς ἐπιτάγμασι, ὅτι κυρίῳ τιμητὴς
εἰς τὸν Ἰουδαίων ἐπέμφθη. τότε γὰρ οἱ σικάριοι συνέστη- F
σαν ὅπ τοὺς ὑπακούειν Ῥωμαίοις θέλοντας, καὶ πάντα
τρόπον ὡς πολεμίοις προσφέροντο, καὶ τὰς μὲν κτήσεις
ἁρπάζοντες, καὶ προελαύνοντες, τ δ' οἰκήσεσιν αὐτῶν
πῦρ ἐνιέντες. ὅθεν γὰρ ἀλλοφύλων αὐτοὺς ἔφασκον Ἀλα-
φέρειν, ὅτως ἀγνῶς τὸν πρὸς μάχην Ἰουδαίοις ἐλευ-
θερίαν προϊέμενους, καὶ δουλείαν αἱρουμένους τὸν ὑπὸ
Ῥωμαίοις ἀνωμολογηκότας. ἦν δ' ἅπερ τὸ προφάσις
εἰς πρόκαλυμμα τ ὠμότητο, ἐ τ πλεονεξίας ὑπ'
αὐτῶν λεγόμενον· σαφὲς δ' Ἀλὰ τῶν ἔργων ἐπάνω. εἰ G
μὲν γὰρ αὐτοῖς τῆς ἀποστάσεως ἐκοινώνησαν, καὶ ἅ πρὸς
Ῥωμαίους σωτήριαν πολέμου, καὶ παρ' ἐκείνων δ'
τολμήματα χεῖρα πρὸς αὐτοὺς ἐγίνετο. καὶπ τῷ
ψεύδεσθαι πάλιν τὸν πρόφασιν ἐξελεγχόμενοι,
μᾶλλον ἐκάκουν τοὺς τὸν πονηρίαν αὐτῶν Ἀλ' τῆς
δικαιολογίας ὀνειδίζοντας. ἐγίνετο γάρ πως ὁ χρό-
νο ἐκεῖνο παντοδαπὴς ἐν τοῖς Ἰουδαίοις πονηρίας
πολύφορο, ὡς μηδὲν κακίας ἔργον ἄπρακτον κατα-
λιπεῖν· μήθ' εἴ τις ὑπόνοια Ἀλαπλάσαι ἐδυνήσατο

his manſuete facultatem dediſſet, Romam venerunt. patre autem ad eos ex Lacedæmone ſtatim advecto, cum omnis honor eis haberetur, ibi manſere. Alanorum autem natio, qvod qvidem Scythæ ſint, juxta flumen Tanain & Mæotides paludes ſedes habentes, jam qvodam loco memoravimus. His vero temporibus inito conſilio, ut terrā Mediam, & ulterius prædandi cauſa pervaderent, cum rege Hyrcanorum colloqvuntur. namqve is eſt illius tranſitus dominus: qvem rex Alexander ita fecerat, ut portis ferreis clauderetur. Aditu autem ſibi præbito, univerſi nihil ſuſpicantibus Medis incumbunt: eorumqve fines populoſos, omnigenumqve pecorum plenos diripiebant, cum reſiſtere nullus auderet. Nam qvi regnum ejus terræ obtinebat Pacorus, metu perculſus, in difficiliora loca refugiens, cæteris qvidem bonis omnibus ceſſerat: vix autem ab illis conjugem ac concubinas ſuas captas, datis centū talentis redemerat. Summa ergo facultate ſine pugna prædabundi, & uſqve ad Armeniam vaſtantes omnia proceſſere. Ejus autem Tyridates rex erat. Qvi cum his obvius bello conflixiſſet, non multum abfuit qvin vivus in illa acie caperetur. Procul enim qvidam miſſo in eum laqveo circundatum tracturus fuerat, niſi celeriter gladio rupiſſet laqveum, atque ita fugiſſet. Illi autem pugna multo magis efferati, terram qvidem depopulati ſunt: magnam vero hominum multitudinem aliamqve ducentes prædam ex utroqve regno, ad ſua domicilia rediere.

CAP. XXVIII.

Excidium Maſſadæ caſtelli munitiſſimi.

APud Judæam vero mortuo Baſſo, Flavius Silva in adminiſtratione ſuccedit. & aliam qvidem terram bello ſubactam videns, unum autem adhuc rebelle ſupereſſe caſtellum, omni quæ in illis locis habebatur manu collecta, adverſus id militem movit. Nomen eſt autem caſtello Maſſada. Princeps vero ſicariorum, a qvibus fuerat occupatū, erat vir præpotens Eleazarus, ex origine Judæ, qvi non paucis Judæis perſvaſerat, ut ante diximus, ne profeſſionem facerent, qvando cenſor Cyrenius in Judæam miſſus eſt. Tunc enim ſicarii conſpiraverunt in eos, qvi Romanis dicto audientes eſſe vellent: omniqve modo his quaſi hoſtibus utebantur, diripiendo qvidem & abigendo eorum bona, ignem vero domibus injiciendo. Nihil enim illos ab alienigenis differre dicebant, qvi pugna etiam petendam Judæorum libertatem tanta ignavia prodidiſſent: magisqve ſe optare ſub Romanis ſervitium profeſſi eſſent. Erat autem id plane cauſatio, & crudelitatis atq; avaritiæ dicebatur obtentu: manifeſtum autem rebus effectum eſt. Nam iidem illi & defectionis ſocii fuerunt, & bellum cum Romanis communiter ſuſcepere. Cauſa vero peior illorum in eos facta eſt: & cum mentita prior eorum refelleretur occaſio, pejus tractabant eos, qvi nequitiæ ſuæ juſtis aſſertionibus exprobrarent. Fuit enim qvodammodo illud tempus apud Judæos omnium generum malitiæ fœcundiſſimum: ut nullum opus intermitteretur infectum: nec ſi qvis excogitando fingere voluiſſet

haberet qvo magis novum aliqvid inveniret. Ita & privatim & communiter omnes unum erant, & exuperare alium alius tam impietate qvam iniqvitate in proximos certabant: potentes qvidem multitudinem male tractando, multitudo vero ad interitum potentium properando. Illis autem erat dominandi cupiditas, his autem vim faciendi, bonaqve locupletum diripiendi. Primi qvidem ficarii fuere iniqvitatis in propinqvos & crudelitatis autores, nullo neqve verbo indicto ad injuriam, neqve facto intentato ad exitium eorum qvibus insidiarentur penitus prætermisso. Verum & hos Joannes moderatiores esse demonstravit. Non solum enim omnes interficiebat qvi necessaria & profutura suaderent, tanqvam inimicissimos maxime cives ejusmodi impetens, sed etiam patriam malis plurimis cumulavit: qvalia facturus fuerat qvi Deum qvoque jam esset ausus impietate contemnere. Nam & mensa nefaria vescebatur, & legitimam patriamqve exterminaverat castimoniam: ut jam sit minime mirum, si mansuetudinis communionem minime servabat hominibus, qvi Dei pietatem furore contempserat. Rursus Simon Gioræ qvid mali non commisit, qvave liberorum corporum injuria temperavit, qvi eum creavere tyrannum? Qvæ vero eos amicitia, qvæve cognatio ad qvotidianas cædes non ferociores effecit? namqve alienos qvidem male tractare, inertis neqvitiæ opus esse arbitrabantur: clarissimam vero gloriam parere crudelitatem in familiarissimos existimabant. Horum furoris æmuli, etiam Idumæi fuere: illi enim sceleratissimi peremptis pontificibus, neqva pars conservaretur pietatis in Deum, totum qvod ex civitatis facie supererat, abscidere, summamqve per omnia injustitiam induxerunt: in qua illud hominum genus, qvi Zelotæ appellati sunt, viguit: qui nomen factis verum probaverunt. Omne enim malitiæ facinus æmulati sunt, nullo inæmulato, qvod ante commissum memoria tradidit, prætermisso: qvamvis nomen sibi ex bonorum æmulatione imposuissent: qvi eos qvos læderent, propter efferam sui naturam cavillando fallebant, qvi malorum qvæ maxima essent, bona ducebant. Itaqve debitum vitæ finem invenere, merita illis omnibus pœna Dei voluntate decreta. Cuncta enim qvæ natura hominis posset ferre supplicia, in eos usqve ad extremum vitæ terminum congesta sunt, qvæ variis peremptis cruciatibus pertulere. Fortasse dixerit aliqvis minora eos qvam commisere perpessos, verum qva tandem digna tantis sceleribus pœna affici poterant? De illis autem qvi in eorum crudelitatem inciderunt, non est hujus temporis pro merito conqveri. Rursum igitur ad eam narrationis partem redeo, unde digressus sum. Venit enim dux Romanorum contra Eleazarum, & qvi cum eo Masadam tenebant, sicarios, exercitum ducens, & fines qvidem statim omnes obtinuit, præsidiis ubiqve locis opportunissimis collocatis: castellum autem muro circumdedit, ne qvis obsessorum fugiendi facultatem haberet, utqve custodes

ἔχειν ἄντι κρανότερον ἐξευρεῖν. οὕτως ἰδίᾳ τε, καὶ κοινῇ πάντες ἐνόσησαν, καὶ πρὸς ὑπερβαλεῖν ἀλλήλους ἐπὶ τ πρὸς τ θεὸν ἀσεβείαις, καὶ τ εἰς τοὺς πλησίον ἀδικίαις, ἐφιλονείκησαν. οἱ μὲν γὰρ δυνατοὶ τὰ πλήθη κακοῦντες, οἱ πολλοὶ δ τοὺς δυνατοὺς ἀπολλύναι σπεύδοντες. ἦν γὰρ ἐκείνοις μὲν ἐπιθυμία δ τυραννεῖν· πρὸς δ βιάζεσθαι καὶ τὰ τῶν πέλας ἁρπάζειν. πρῶτοι μὲν οὖν σικάριοι δ ὠμότητος, καὶ τ πρὸς τοὺς συγγενεῖς πρῶτοι ἄρξαντο ὠμότητι Θ, μήτε λόγον ἀρρήτων εἰς ὕβριν, μήτ' ἔργον ἀσεβήσαν εἰς ἔλεγχον τ ἐπιβεβλημένων ὠφελιμόντες. ἀλλὰ καὶ τοῦτον ἰωάννης ἀπέδειξεν ἑαυτὸ μετριωτέρους. ὁ γὰρ μόνον ἀνῄρει πάντας, ὅσοι τι δίκαια καὶ συμφέροντα συνεβούλευον, καθάπερ ἐχθίστοις μάλιστα δὴ τ πολιτῶν τοῖς τοιούτοις προσφερόμενος Θ, ἀλλὰ καὶ κοινῇ τ πατρίδα μυρίων ἐνέπλησε κακῶν, ὑπῶν πρᾶξαι ἔμελλεν ἄνθρωπος ἤδη καὶ τ θεὸν ἀσεβεῖν τετολμηκώς. τραπέζαν τε γὰρ ἄθεσμον παρετίθετο, καὶ τ νενομισμένην καὶ πάτριον ἐξεδίωξεν ἁγιείαν, ἵνα ἡ μηκέτι θαυμαζόν εἰ τ πρὸς ἀνθρώπους ἡμερότητα καὶ κοινωνίαν σῶν ἐτήρησεν, ὁ τ πρὸς θεὸν εὐσέβειας ἔτι καταμανείς. πάλιν τοίνυν ὁ γιώρα σίμων, τί κακὸν οὐκ ἔδρασεν; ἢ πίας ὕβρεως ἐλεύθερον ἀπέσχετο σωμάτων, οἷς ἔτυχεν ἐνεδείξαν τύραννον; ποία γὰρ αὐτὸν φιλία, ποία δ συγγένεια πρὸς τοὺς ἐφ' ἑκάστης ἡμέρας φίλους, ἐχὶ θρασυτέρους ἐπῆρε; τὸ μὲν γὰρ τοὺς ἀλλοτρίους κακῶς ποιεῖν, ἀγχίνους ἔρχειν ἐνόμιζε πανουργίας ὑπελάμβανον λαμπρὰν δ φέρειν ἀπόδειξιν ἡγοῦντο, τ ἐν τοῖς οἰκειοτάτοις τὰς ὠμότητα. περιημιλλήσατο δ καὶ τ πάντων ἀκόνοιαν, ἢ τῶν ἰδουμαίων. σικάριοι γὰρ οἱ μιαιφονήσαντες τοὺς ἀρχιερεῖς καταφάξαντες, ὅπως μηδὲ μέρος τι τῆς πρὸς θεὸν εὐσεβείας διαφυλαχθῇ, πᾶν ὅσον ἦν λείψανον ἐπὶ πολιτικοῦ σχήματος ἐξέκοψαν, καὶ τ τελεωτάτην εἰσήγαγον διὰ πάντων ἀνομίαν. ἐν δ τι τῶν ζηλωτῶν καλουμένων ἦν Θ ἤκμαζεν, ὡ τῷ πρεσβυτέρων τοῖς ἔργοις ἐπιλησθέντων. πᾶν γὰρ κακίας ἔργον ἐξεμιμήσαντο, μηδ' ὅτι πρότερον προϋπῆρχεν ἡ μνήμη προδεδώκεν, αὐτοὶ προλιπόντες ἀζηλωτον καὶ τοῦτο τῶν προγονικῶν αὐτοῖς, ζηλοῦντες ἐπὶ θάτερα δρόμοι τ ἀδικημένων, διὰ τὴν αὐτῶν θηριώδη φύσιν, ἢ τὰ μέγιστα τῶν κακῶν ἀγαθὰ νομίζοντες. τυραννοῦσι πρῶτον ἕκαστοι τὰ τέλη Θ ἄρασθαι, δ θεοῦ τὴν ἀξίαν ὅτι πᾶσιν αὐτοῖς τιμωρίαν βεβουλευκότος Θ. ὅσους γὰρ ἀνθρώπου δύναμις φύσις κολάσαι ὑπερῆν, πᾶσιν κατέσκηψαν εἰς αὐτοὺς, μέχρι καὶ τῆς ἐσχάτης δ βίου παλάτης, ἣν ὑπέμειναν ὧν πολυτρόποις αἰκίαις ὑποθέντες. οὐ μὴν, ἀλλὰ καὶ φαίη τις ἂν αὐτοὺς ἐλάττω παθεῖν ὧν ἔδρασαν. τὸ γὰρ δικαίως ἐπ' αὐτῶν οὐ πρόσεστιν. τοὺς γὰρ τῆς ἐκείνων ὠμότητος πρεπόντως ὑπομένοντας, οὐ δ παρόντος Θ ἂν εἴη καιροῦ κρῖναι τὴν ἀξίαν ὀδυρόμενον. πάλιν οὖν ἐπάνειμι πρὸς τὸ καταλειπόμενον μέρος Θ τῆς διηγήσεως.

Κεφ. λα.

Ἐπὶ γὰρ τ ἐλεάζαρον, καὶ τοὺς κατέχοντας σὺν αὐτῷ τὴν μασάδαν σικαρίους, ὁ τῶν ῥωμαίων στρατηγὸς ἦκε, τὰς δυνάμεις ἄγων· καὶ τῆς μὲν χώρας ἁπάσης εὐθὺς ἐκράτει, φρουρὰς δὲ τοῖς ὀχυρωτάτοις αὐτῆς μέρεσιν ἐγκαταστήσας. τεῖχος δ περιέβαλε κύκλῳ πρὸς πᾶν τὸ φρούριον, ὅπως μηδεὶς τῶν πολιορκουμένων ἢ ῥᾴδιον διαφύγοι, καὶ διαμένειν τοὺς

τοὺς φυλάξοντας. αὐτὸς δ' κατεστρατοπέδευε τόπον, ὡς μὲν πρὸς τὴν πολιορκίαν ἐπιτηδειότατα σκελῶν, καθ' ὃν αἱ τοῦ Φρουρίου πέτραι τοῦ λοιποῦ ὄρους ἧττον ἐγγίζουσιν, ἄλλως δὲ πρὸς ἀφθονίαν τῶν ἐπιτηδείων δύσκολον. ἐκ γὰρ πόρρωθεν ἐκομίζετο. καὶ σὺν μεγάλῃ παλαιπωρίᾳ τῶν ἐπὶ τούτῳ τεταγμένων ἰουδαίων. ἀλλὰ καὶ τὸ πιεῖν ἦν ἀγώγιμον εἰς τὸ στρατόπεδον, ἐπεὶ τόπος μηδαμόθεν ἐγγὺς πηγὴν ἀναδιδοὺς. ταῦτ' οὖν προοικονομησάμενος ὁ σίλλας ἐπὶ τοῦ πολιορκίου ἐτράπετο, πολλῆς ἐπιτηδείως καὶ παλαιστρικῆς δεομένου, διά τε τὴν ὀχυρότητα καὶ φρουρίου ποιοῦδε τοῦ φύσιν ὑπάρχοντος. πέτραν γὰρ ὀλίγην τῇ περιόδῳ καὶ μήκει ὑψηλὴν, πανταχόθεν περιερρῶγασι βαθεῖαι φάραγγες κάτωθεν ἐξ ἀοράτου πέρατος, κρημνώδεις δ' ὁδοὶ, καὶ πάσῃ βάσει ζώων ἀπρόσιτοι, πλὴν ὅσον κατὰ δύο τόπους τὰς πέτρας, εἰς ἄνοδον γὰρ εὐμαρῆ παρεικούσης. ἔστι δ' τῶν ὁδῶν, ἡ μὲν ἀπὸ τῆς ἀσφαλτιτιδος λίμνης πρὸς ἥλιον ἀνίσχοντα, καὶ πάλιν ἀπὸ τῆς δύσεως ἡ ῥᾴων παρελθεῖν. καλοῦσι δ' τὴν ἑτέραν ὄφιν, τῇ στενότητι προσεοικέναι φάσκοντες, καὶ τοῖς στροφαῖς ἐλιγμοῖς. κλᾶται γὰρ πρὸς τὰς τῶν κρημνῶν ἐξοχὰς, καὶ πολλάκις εἰς αὐτὸν ἀναστρέφουσα, καὶ κατὰ μικρὸν αὖθις ἀπομηκυνομένη μόλις ψαύει τοῦ ὄρους. δεῖ δ' πρὸς τὴν ἀναβολὴν τῆς διὰ αὐτῆς βαδίζοντα, τὸν ἕτερον τῶν ποδῶν ἐρείδεσθαι. ἔστι δὲ καὶ τὸ παρολισθάνειν πρόδηλον· ὅλεθρον ἑκατέρωθεν γὰρ βάθος κρημνῶν ὑποκέχυται, τὴν φθορὰν πᾶσαν διτολμίαν ἀπαλλάξαι δυνάμενον. διὰ τοιαύτης οὖν ἐλθόντι σταδίους τριάκοντα, κορυφὴ τὸ λοιπόν ἐστιν, οὐκ εἰς ὀξὺ πέρας συνηγμένη, ἀλλ' ὥστ' εἶναι καθ' ἅπερας ἐπίπεδον. ἐπὶ ταύτῃ πρῶτον μὲν ὁ ἀρχιερεὺς ἰωνάθης, καὶ περιωρύξατο μασάδαν. ὕστερον δ' ἡρώδης τὸ βασιλεῖ διὰ πολλῆς ἐγένετο σπουδῆς, ἡ δὲ χωρίου κατασκευή. τεῖχος γὰρ περὶ ἦγαγε πρὸς πάντα τὸν κύκλον τῆς κορυφῆς ἑπτὰ σταδίων ὄντα, λιθίνου μὲν λίθου πεποιημένον, ὕψος δ' δώδεκα, καὶ πλάτος ὀκτὼ πήχεις ἔχον, τριάκοντα δ' αἱ πᾶσαι καὶ ἑπτὰ πύργοι πεντήκοντα πήχεις ἀνεσηκέσαν, ἐξ ὧν εἰς εἰς οἰκήματα διελθεῖν πρὸς πᾶν τὸ τεῖχος ἔνδον οἰκοδομημένα. τοῦ δὲ κορυφαίου πόνος καὶ πεδίου παντὸς οὔσαν μαλακωτέραν, ἀνῆκεν εἰς γεωργίαν ὁ βασιλεὺς ἵν' εἴ ποτε τῆς ἔξωθεν τροφῆς ἀπορία γένοιτο, μὴ δι' ταύτην κάμοιεν οἱ τοῦ αὐτῶν σωτηρίαν τοῦ φρουρίῳ πεπιστευκότες. καὶ βασίλειον δὲ κατεσκεύασεν ἐν αὐτῷ, κατὰ τοῦ ἀπὸ τῆς ἑσπέρας ἀνάβασιν, ὑποκάτω μὲν τῶν τῆς ἄκρας τειχῶν πρὸς τοῦ ἄρκτου ἐγκλῖνον. δ' δὲ βασιλείου τὸ τεῖχος οὐ, ὕψει μέγα, καὶ καρτερὸν, πύργους ἔχον ἐξηκονταπήχεις ἐγγωνίους τέτταρας. ἦσαν δὲ τῶν οἰκημάτων ἔνδον καὶ σῶν καὶ βαλανείων κατασκευὴ, παντοία καὶ πολυτελὴς οὐ, κίοσιν μὲν ἀπανταχοῦ μονολίθοις ὑφεστηκόσιν, τοίχων δὲ καὶ ἐν τοῖς οἰκήμασιν ἐδαφῶν λίθου ῥοδοειδοῦς πεποικιλμένων. πρὸς ἕκαστον δὲ τῶν οἰκουμένων τούτων ἄνω τε καὶ πρὸς τὸ βασίλειον, καὶ πρὸ τείχους, πολλοὺς καὶ μεγάλους ἐπεμήκη λάκκους ἐν ταῖς πέτραις, φυλακτήρας ὑδάτων, μηχανώμενος ἔνδειαν χορηγίαν, ὅση τῶν ἐκ πηγῶν ἐστι χορηγουμένοις. ὀρυκτὴ δ' ὁδὸς ἐκ τοῦ βασιλείου πρὸς ἄκραν τὴν κορυφαίαν ἀνέφερετο, τοῖς ἔξωθεν ἀφανὴς. οὐ μὴν οὐδὲ τοῖς φανεροῖς ἐφοδοῖς ἦν οἷόν τε χρήσασθαι ῥᾳδίως πολεμίους.

